UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55359

Visual Library



I 9264

Riedel's

Codex diplomaticus Brandenburgensis.

Sammlung

der Urkunden, Chroniken und sonstigen Geschichtsquellen

für die

Geschichte der Mark Brandenburg

und ihrer Regenten.

Fortgesetzt auf Veranstaltung

des Vereines für Geschichte der Mark Brandenburg.

Des ersten Haupttheiles

oder der Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte

achtzehnter Band.

Berlin.

G. Reimer.

1859.

I
Gr 15
Brandenburg

Universitätsbibliothek Paderborn 50

07
W
4037

20/5520
LSNB

F.F. BIBLIOTHEK
DONAUESCHINGEN

Fünfte Abtheilung.

Die Neumark.

Inhalts-Verzeichniß des achtzehnten Bandes.

		Seite
I.	Arenswalde, Marienwald und Reetz	1.
II.	Berlinichen, Lippehne und Bernstein	61.
III.	Callies, Nörenberg, Falkenburg und verschiedene von Wedel'sche Besitzungen	100.
IV.	Schiefelbein und Dramburg	212.
V.	Driesen, Friedeberg, Woldenberg und Tankow	282.
VI.	Neu-Landsberg, Himmelstädt und Zantoch	369.
VII.	Stadt und Collegiatstift Soldin	440.

I.

Arenswalde, Marienwalde und Reetz.

I. Die Markgrafen Otto und Konrad bestätigen dem Kloster Kolbatz alle seine Güter und Gerechtigkeiten, doch unter Aufgabe der Rechte des Stifts auf die Orte Arenswalde und Samentin, am 25. April 1282.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Nos fratres Otto et Conradus, Dei gratia marchiones de Brandenburgh, Omnibus hanc paginam inspecturis salutem in perpetuum etc. — dilectis in Christo abbati et fratibus monasterii de Colbas, ordinis Cistercienſis, Camminenſis diocesis, justa postulantibus, patris nostri domini Johannis pie memorie vestigiis inherentes, animo libenti clementer annuimus et ipsum monasterium cum omnibus ibidem degentibus et ad ipsum pertinentibus scripti privilegio communimus, Inprimis confirmantes eis quascunque possessiones, quecunque bona idem monasterium in presenti possidet principum donatione, fidelium oblatione seu justa emptione, vt firma eis eorumque successoribus et illibata perpetuo perseuerent, que propriis nominibus duximus exprimenda: Inprimis ipsum locum Colbas, Ladebo, Recow, Reptowe, Nienmarkt, Dambne, Doberpol, Belitz, Woltersdorp, Borin, Schoneuelt, Melne, Berticowe, Wirow, Woltin, Gardina, Zillizlow, Brüsenhaghn, Brunneke, Damerowe, Clebowe, Wittstock, Bynow, Glina, Colow, Hoykendorp, Dambe, Tribus cum solitudine, sicud nunc possident in sua warandia, Bocholt, Smirdenitz, Jeseritz, Selow cum terminis et distinctionibus suis, Valkenberch, Babbin, Wardenberge, Brode, Prilop, Schonenuelt, Sabas, Trebera et predicta tria opida cum foris suis, sicud hactenus possederunt, et grangiaria Trebene, Dolitz, Doberpul, mediam villam Valkenberg, Warsyn, Lascowe, Sandow, Schonenwerder, Hoghenwolde cum terminis eorundem. Renuncciauerunt nichilominus prefati fratres terminis Sammentin et Arnswolde, quos se habere aliquando affirmabant. Item Gogelowe cum terminis suis. Verum etiam villam Culsenowe in terra Colbergenſi cum lugurio salis in Colbergh. Item in terra Stolpenſi Lippenowe, Veatrowe cum fluuio Lupav, quantum adjacet terminis predictarum villarum, sicud per monticulum et paludes et arbores per manum domini Mestuwini ducis Pomeranorum distincti cognoscuntur. Insuper quinque marcas annuatim in moneta Stetinenſi. Item confirmamus iisdem fratibus Plonam cum libertate sua usque in Stagnum Dambe, sicud usque ad hec tempora habuerunt, et in nigro riuulo, qui dicitur Zvarnaztrow, et sub litore, quod est in parte castri

Piritz et in riuulo, qui fluit de Stagno Colpin nullus quicquam edificet, quod vergi poſſit in ipſorum prejudicium et grauamen. Inſuper piſcationes in Stagno Meduwe et in Stagno Dambe cum duabus capturis anguillarum in Regata et omnibus locis, vbicumque cum majori vel minori ſagena ad proprios vſus trahere voluerint, ſicud in priuilegiis pie recordationis domini Barnym et progenitorum ſuorum plenius continetur. Preterea nos ob ſalutem animarum noſtrarum et fratris noſtri domini Johannis pie memorie jam defuncti et domine Conſtantie marchioniſſe nunc defuncte eiusdem memorie necnon et omnium parentum noſtrorum has predictas poſſeſſiones, quas predicti fratres de Colbas in priuilegiis principum habere noſcuntur oblatas, cum omnibus terminis ſuis, ſicud in priuilegiis principum diſtincte inveniuntur, et eis, que infra ipſos continentur, ſcilicet in opidis et foris eorum et villis, agris, ſiluis, cultis et incultis, pratis, paſcuis, fluminibus, riuulis, ſtagnis, aquis, piſcationibus, molendinis, ferrifodinis, ſalinis, viis et ſemitis cum omni jure et vtilitate, que nunc eſt vel in futurum haberi poterit, eisdem dilectis in Criſto fratribus perpetuo poſſidendas benigne confirmamus. Inſuper ſexaginta IIII^{or} manſos in terra Slauenenſi conterminos fratrum de Bucowe cum omni jure et vtilitate eccleſie Colbacenſi damus in eternum poſſidendos. Fratres quoque prefati monaſterii et ſeruientes eorundem et res, naues et annonam ad expenſas proprias deducendi habeant libertatem, ſicud hactenus conſueuerunt, et ut eis in priuilegiis principum eſt indultum. Confirmamus etiam ſepedictis fratribus aduocatiam liberam, judicia majora et minora per ſuos yconomos exercenda et ſcabinos, qui vulgariter Lantſchepen dicuntur, abbatie attinentes, perpetualiter ut prius habeant et conſervent. Preterea omnes immunitates et libertates a principibus et prelatis memoratis fratribus indultas iure perpetuo in nomine domini confirmamus. Vt autem hec omnia rata et inconuulſa perpetuo permaneant, ſigillorum noſtrorum appenſione cum teſtium ſubſcriptione preſentem paginam duximus roborandam. Teſtes huius rei ſunt: Adam prepoſitus de Stendal, Johannes et Borchardus fratres de Irekesleue, Johannes de Stegelitz, Fredericus de Eykſtede, Georgius de Brewitz, Johannes de Oldenflete, Sifridus, Lodowicus, Haſſo, Zuliz, Ludolfus fratres de Wedele, Hermannus de Piecler milites, et alii quam plures fidedigni. Datum Conigesbergh, anno Domini milleſimo ducenteſimo LXXXII°., ſeptimo Kalendas Maij.

Aus der von Dregerſchen ungedr. Urkundenſammlung.

II. Die Markgrafen Otto und Konrad treten unter Zuziehung des Markgrafen Johann dem Kloſter Kolbatz Ländereien zur Stiftung eines neuen Kloſters ab, den 10. Auguſt oder 17. September 1286.

Im Namen der heiligen vnd vnzertheilten Dreyfaltigkeit. Amen. Wir Otto vnd Conradus, Gebrüdere, von Gottes Gnaden Marckgrafen zu Brandenburg etc., entbieten allen Chriſtgläubigen Leuten, die dieſen Brief leſen werden, ewige Seligkeit. Auf daſs der Weinberg des Herren gepflanzet vnd erbauet vnd Füchslein gefangen werden, die da vermöglich den Weinberg zu erhalten ſo hat der vorſichtige Hausvater aus zeitigem vnd gutem Rath, ſeinem Weinberge, welcher

ist die ganze christliche Kirche, wohl vorgestanden, in diesem, dass er dieselbe seine christliche Kirche mit neuem vnd vielfältigem Saamen des Ordens von Cistertien reichlich fruchtbar gemacht. Weil wir denn solche überflüssige Fruchtbarkeit aus bewehrten Grunde erhand, so achten wir vor billig, dass wir deren Dürftigkeit zu Hülfe kommen, von welchen wir befinden, dass vns die geistliche Erquickung reichlich zufliesse, dass wir sie auch mit zeitlichen Gütern versorgen; denn von wegen ihrer heiligen Gemeinschaft vnd überflüssig vieler Gütigkeit, werden sie vns mit innerlicher Liebe also zugethan, dass wir kühnlich sagen dürfen, die ganze Geistlichkeit des Hauses habe keine vor diesem gehabt, werde auch hernach keine haben, die dieser gleich sey. Darum thun wir kund allen, die iczund seyn vnd in künftigen Zeiten seyn werden, dass wir, Otto vnd Conradus, Gebrüdere, Marckgrafen zu Brandenburg, vnd neben Vns Marckgraf Johanns, Marckgraf Conrads Sohn, zu Arzeney vnsrer Seelen vnd der Seelen vnsers Vaters milder Gedächtnis, vnd vnser Mutter vnd der edlen Frauen Constantia, vorberührten Marckgrafen Johannsen Mutter, vnd aller vnsrer Eltern, vnd zu Wiedervergeltung des Schadens, so von vns, vnsern Leuten vnnd Befehlichhabern der Kirchen zu Colbatz, Ordens von Cistertien, zugefüget, zuwenden vnd schenken vnsern geliebten in Christo, den Brüdern von Colbatz zu einem rechten Eigenthum, zu Erstiftung vnd Erbauung eines neuen Klosters CCC Husen, die zum Ackerbau bequem sind, nebst dem See vnd Walde Starutz, vnd CC Husen wüsten Ackers eben an demselben See gelegen, zu Viehweide, vberdem diese Sehe: denn grossen Schlagaw, denn Reddentin, Brensehe, Starutz, Cassienn, Berbenick, Nietstubbe vnd ander Seen zusambt dem Bechlein, so innerhalb der grentzen vorbenannter Husen gelegen sein vnd fliessen. Die Zeugen aber dieser Dinge vnd Begabung sind Herr Hermann, Abt zu Colbatz, Bruder Henrich vnd Bruder Jacob von Brahele, Munche daselbst, Bernhardus, vnser Notarius, Dietrich von Hetzdorf, Hasso, Lüdike, Henrich von Dossen, vnser Advocat, Henrich von Mellentin, Betiko Meissen, Kriegsleute vnd andre viel glaubwürdige. Datum Fredeberg, durch die Hand vnsers Notarie Bernhardi, im MCCLXXXVI. Jahr. Epact. IV, concurr. VII^mo. der Römer Zinszahl im XIV., am XVII. VII^br am Tage Laurentii des heiligen Bischoffes.

Nach einer fehlerhaften Copie, die aus einem Marienwalder Amtsbuche entnommen sein soll. Nach einer Gundlingschen Abschrift soll das Dokument dem Jahre 1296 angehören. Damit stimmt Concurr. 7, dagegen trifft die Ind. 14 auf das Jahr 1286. Das Jahr 1296 hatte die Ind. 9.

III. Die Markgrafen Otto und Konrad, Johann und Otto sichern den sich nach Arenswalde begebenden Fremden, namentlich Polen und Pommern, auch für Kriegszeiten ihren Schutz zu, am 19. April 1291.

Otto et Conradus, Joannes et Otto, Dei gracia Marchiones Brandenburgenses, omnibus Christi fidelibus presentes literas intuentibus in perpetuum etc. Notum — facimus presentibus — — has literas audientibus, quod ex speciali gracia et favore, quo dilectos nostros burgenses civitatis Arneswolde amplectimur ac prosequimur, bona fide et pro emendacione civitatis eiusdem, hoc indultum eis donando concessimus, quod omnes advene aliarum

terrarum et civitatum circumjacentium dicte civitati, ut videlicet terre polonie, pomeranie et terre ſtettinenſis preſertim etiam inhabitatores civitatum piritz et ſtargarden, eam civitatem Arneswolde adeuntes et intrantes, in perpetuum et omni tempore, tam in guerra, ſi quam haberemus, quam eciam extra guerram, gaudebunt de noſtro conductu et firma noſtra protectione pre omnibus, qui voluntati noſtre ſunt obnoxii et qui pro nobis facere aut omittere quicquam uolunt. Ita quod in perpetuum quociescunque quandocunque dictam civitatem adire decreverint cum rebus omnibus et mercimoniis ire ad dictam civitatem et adire debent et poterunt absqve omni Ceſſione et perturbatione rerum aut corporum pacifice et quiete. Si vero nos contra aliquem circumſedentem dominum, ut videlicet ducem pomeranie, guerram contingat agitare, ita quod ſubditi illius pre guerra non poſſent frui conductu noſtro, hoc debemus innoteſcere talibus antea ad quindenam ſi uoluerimus talem conductum expirare noſtris certis nunciis aut literis manifeſtis. Ne igitur ejusmodi graciam contingat per nos ac noſtros ſucceſſores in poſterum immutari, preſentes damus literas ſigillis noſtris roboratas. Huius rei teſtes ſunt Joannes de Oldenfliet dapifer, Zulis de Wedele, Otto pincerna, milites, et quam plures alii fide digni. Datum Arneswalde, anno domini MCCLXXXXI, quinta feria ante paſcha.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. geheimen Staats-Archives f. 80.

IV. Papſt Bonifaz incorporirt dem Kloſter Reetz zum beſſern Unterhalt ſeiner 40 Nonnen die Pfarrkirche zu Paſewalk, am 23. Oktober 1295.

Bonifacius episcopus, ſeruus ſeruorum dei, Dilectis in Criſto filiabus, Abbatiſſe et conuentui Monaſterii in Retze, ordinis ſancti Benedicti, Caminenſis dioceſis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Sacre religionis, ſub qua abiectis mundanis illecebris deuotum ac ſedulum exhibetis altiſſimo famulatum, promeretur honeſtas, ut uotis ueſtris preſertim illis, per que ueſtris et monaſterii ueſtri neceſſitatibus conſulatur, fauorabiliter annuamus. Exhibita ſiquidem nuper nobis pro parte veſtra peticio continebat, quod in dicto veſtro monaſterio quadraginta moniales et vltra eſſe noscantur, et quod fructus, redditus et prouentus eiusdem monaſterii ad ſuſtentationem congruam et ſupportationem onerum vobis incumbentium nullatenus ſufficere poſſunt. Quare pro parte ueſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut parochialem eccleſiam in Pozwalck dicte dioceſis, que de iure patronatus dicti veſtri monaſterii extitit, cuiusque centum et viginti predicto veſtro monaſterio, cuius centum et quinquaginta florenorum auri fructus, redditus et proventus ſecundum communem extimationem valorem annuum, vt aſſeritur, non excedunt, vnire ac annectere et incorporare de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur volentes vos fauoribus proſequi gratioſis, et huiusmodi ueſtris neceſſitatibus de alicujus ſubventionis auxilio providere, huiusmodi ſupplicationibus inclinati, preſatam eccleſiam cum omnibus iuribus et pertinentiis ſuis predicto ueſtro monaſterio auctoritate apoſtolica tenore preſentium unimus, annectimus et incorporamus, Ita quod cedente vel decedente dilecto filio, Rectore dicte eccleſie, qui nunc eſt, vel eccleſiam ipſam alias quomodolibet dimittente, liceat uobis poſſeſſionem eccleſie ac iurium et pertinentiarum predictorum libere apprehen-

dere ac licite retinere, diocesani loci vel cuiuslibet alterius licentia super hoc minime requisita, Reseruata tamen de fructibus redditibus et prouentibus ipsius ecclesie pro perpetuo vicario inibi domino perpetuo seruituro, qui curam parochianorum dicte ecclesie gerere debeat, congrua portione, de qua idem vicarius possit congrue sustentari, spiritualia iura soluere et alia incumbentia sibi onera supportare. Non obstantibus si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de huiusmodi uel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales uel generales apostolice Sedis uel legatorum eius litteras impetrauerint, etiam si per eas ad inhibitionem, reseruationem et decretum uel alias quomodolibet sit processum, quas quidem litteras et processus habitos uel habendos per easdem ad prefatam ecclesiam uolumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum preiudicium generari, et quibuslibet priuilegiis, indulgenciis et litteris apostolicis specialibus uel generalibus quorumcunque tenorum existant, per que presentibus non expressa uel non totaliter inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum facienda esset in nostris litteris mentio specialis. Nos enim ex nunc irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre unionis, annexionis, incorporationis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Rome, apud Sanctum petrum, X. Kal. Nouembris, pontificatus nostri Anno Primo.

Nach von Dreger's Abschrift des Originales.

V. Die Markgrafen Otto, Konrad, Johann und Otto vereignen dem Kloster Marienwalde das ihm von Hasso, Zules und Ludolph von Wedel geschenkte Dorf Neuplanen, am 3. Februar 1296.

In nomine domini Amen. Otto et Conradus Seniores, Johannes et Otto Juniores, dei gracia Brandenburgenses et de Landisberg Marchiones, salutem omnibus in perpetuum. Cum uiri religiosi cuiuscunque ordinis sancta voluntatique proprie renunciacione sub obediencia creatori nostro elegerint famulari, Ne in ipsis spiritualia temporalibus digniora ob defectum temporalium rerum succumbant, pium ac salubre videtur ipsis in temporalibus ac vite necessariis providere, ne dum exterius per seculares sollicitudines conquirere si necessaria vite laborent iterum a religionis suscepta nec non solita contemplacione abstineant et tempescant. Cum itaque in Christo nobis dilecti uenerabiles viri Johannes abbas aliique fratres seu conuentus monasterii nemoris sancte marie, ordinis Cistercienſis, nec non Diocesis Caminensis, sub nostre dicione sunt positi propriisque nequeant facultatibus sustentari, Nos ob diuine remuneracionis intuitu eorundem inopie condolentes ipsis proprietatem ville Nyen plawen vocate, necnon sexaginta et quatuor mansorum ibidem sitorum, utpote fideles nostri milites Hasso, Czulis et Ludolphus fratres de Wedele

liberaliter erogarunt, eisdem donauimus et damus per presentes uillam predictam cum omnibus pertinenciis et attinenciis et iuribus quibuscunque, atque prefatos LX et IIII mansos titulo proprietatis perpetuo possidenda. Ne igitur super hac voluntaria donacione nostra alicui dubium oriatur in posterum prefatis Abbati et conventui literas presentes dari iussimus sigillorum nostrorum appensionibus roboratas. Preterea huius rei testes sunt fideles nostri Fridericus de Eckstede, Albertus de Clepzik, Czuls et Ludolphus de Wedele fratres prenotati, Anselmus de Blankenborg, Hasso de Eylstede noster Aduocatus, Borchardus de Koxstede, Wernerus de Swanenberg milites et quam plures alii fide digni. Acta sunt haec in Falkenberg, Anno dominice incarnacionis M°. CC°. LXXXXVI. in die beati Blasii episcopi.

Aus Leopold von Ledebur's Allgem. Archiv IX, 376.

VI. Die Markgrafen Otto, Konrad, Heinrich, Johann und Otto bestätigen und dotiren das Kloster Reetz, am 10. Oktober 1296, aus Kaiser Karl's Bestätigung vom 16. August 1377.

Wir Carolus der vierte, von Gottes genaden Romischer Keyser, alle Zeit mehrer des Reichs vnd Konigk zu Behemen etc., thun hiemitt kundt jedermenniglichen, das Vnser Kayserliche Mayestat wegen der Gottseligen Abbatissin vnd gantzen gemein des Jungfern Closters zu Retz, Cistercienser Ordens, vnsern lieben andechtigen junckfern demutiglich ersucht, als haben vnser Kayserlichen Mayestat die privilegia vnd Brisse, so von den durchleuchtigen vnsern lieben getrewen Marggraffen zu Brandenburgk hochloblicher gedechtnus vber die gerichte, Besitzung, Freyheiten, vnd dieselbige guetter auch vber genants ires Closters vorlehnet vnnd gegeben vor vns, Vnser erben, vnseren Marggraffen von Brandenburgk, approbiren, bekrestigen wollen. Welcher Privilegien vnd Brieffe, Lauts vnd inhalt des ersten Privilegien, also lautend: Im Nahmen der heyligen Dryfaltigheitt Amen. Wir Otto, Conradus, Heinricus, Johannes vnd Otto, von Cottes gnadenn Marggrafen zu Brandenburgk vnd Landtsbergk. Nachdeme aller furtrefflichen Fursten vnd herren lobliche Geschichte vnd thatte, so allen andern zu einem stettigen heill in dieser weldt vorsetztt, durch vielfaltige Vorhindernus offt vorduncklt werden, Es sey denn, das dieselbigen mit gnugsamen zeugen vnd bewerten Schrifften festiglich vorwahret vnd Bekreffliget worden; derhalben sollen beide gegenwärtige Leutte vnd die nachkomen wissen, das wir durch hern heinricum, Probst des jungfern Closters doselbst (nachdem Wir. dieselben Closterjungfern mit sonderlichen gnaden angesehen, vnd gegen sie voll vnd mit hochsten Vleis geneigt gewesen, von wegen viler mangel vnd Vngelegenheit, vornemblich der zweier Closterjungfern Cistercien Ordens, welche zuvorn zum Gordun*), itzund aber zu Reetz gesessen) zu Auslöschung der sünden vnser, vns geborn (parentum?) vnd vnser selbst, gegeben vnd durch vnsern geschencke oke zu eigen gemacht, dem vorgenandten Probst, der Aebtissin vnd gantzen Convents vnd vorsamblung desselben Closters zu einem

*) Nach einem Abdruck in Buchholtz Gesch. IV, S. 132 „Verden."

grund am gebew des Clofters vnd zum gebrauch irer notturfft vnd nutzung den Burgwall vor vnfer ftadt Reetz mit allen vmliegenden Kampenn, welcher zu der zeitt, da das haufs geftanden, zum Schlofslehne genandt gehörigk, haben Wir inen auch zugeeignet das flieſs, die Ihna genandt, mit den muhlen, fo dorauf gebawet vnd auffwerts von der ftadt an bis an das dorff Cremmin frey famt allen nutzungen vnd zubehörung. Da es inen auch alfo gelegen, mogen fie noch ein Mühlen bawen vnd foll nimandt vorgunnet fein, zwifchen gemelter ftadt vnd dem dorffe Cremmin etwas zu erbawen, es gefchehe dann mit des Propfts vnd der aus dem Clofter gunft vnd Bewilligung. Darzu haben Wir ihn auch gegeben die Kirch in Vnfer ftadt Reetz mit IV Huffen, das Dorff vnd die Kirche zedensdorff, alfo das niemandt hernach diefelbe Kirchen von dem dorffe nehmen foll. Thun auch zu dem gemelten Clofter die Kirchen der dorffer Adelmannsdorffe mit vier hufen, Conradesdorff, auch mit foviel huffen ftets zu befitzen. Ferner haben wir auch vielgemeltenn Clofterjungffern zu eigen geben das dorff Selnow frey ohne einige Vnplicht mit X Hufen vnd IV zur Kirchen geeignet, fambt dem See der Selnow genandt vnd alle andere See, als ronpeko, fynnle vnd andere mehr fee, fo in den grentzen vnd mahlen des vorbenandten dorffs belegen feindt, vnd in dem dorff Sylber, bey der ftadt Reetz, X Huffen vnd in dem dorff Zedenfsdorff XII Huffen mit dem fee Zedenfsdorff mit zugehoriger gerechtigkheit vnd zwe marck filber in der ftadt Reetz, auch ein Marck filbers in der ftadt Arnfswalde von jährlichen zinfen, welche vf etliche Hufen feind. Haben fie auch darüber, das fie nicht etwan mangell an holtz mochten haben, mit XXX Huffen Breitholtz, welche das hegeholtz genennett wirdt, vorgefehenn vnd begifftiget, welchs belegen an beiden feiten des flieſses Beuerueldt, da die grenitzen vnd mahl der dörffer Liebenow vnd Cratzenick anftoffen. Vff das aber das vnfer gefchenck vnd eigentliche Vorlehnung von vns vnd vnfern nachkommen ftets moge vnvorruckt bleiben vnd feft gehalten werden, haben wir difen hirauff gemachten Brieff dem Probft, der Aebtiffin vnd der gantzen Vorfamblung des Clofters mit dem Befchuz oder Bettfchafft vnferer Infigell bekrefftiget, in gegenwart vnd Beyfein vnferer rittern Johanne de Olde, Kriegesman, haffo, Zulis vnd Rudolphi, Gebruder von Wedell, johannes von Blanckenburg, Heinrich von Libenow vnd mehr andere rittern vnd viell glaubwürdige Vnfere dinere. Actum vnd gegeben Anno domini taufendt zwehundert vnd im fechsvndneuntzigften iare, am Tage dionyfii vnd in des negft volgenden tagk.

Wir aber, die Wir die nützlichkeit der Clofter, fo in der Marck zu Brandenburgk belegen, mit fonderlichen gnaden fordern, haben difes an vns gethan fuppliciren vnd demutigliche anfuchen vor gut angefehen, Thun derwegen, nicht aus Vnvorfichtigkheit, fondern mit wolbedachtem gemutte, auch mit vnfern Vornehmen, freyhern vnd lieben getrewen guten Rath dife gegenwertige privilegia vnd brife von dem durchleuchtigen Marggrauen zu Brandenburgk, Wie difelben in allen iren artickeln, puncten vnd Claufeln gefchriben, Vnd gebieten einem jeden vnd fonderlichen Vnfern Oberften heubleuten, Officialen vnd denen in ſteten vnd fonften in den Communiteten vnd allen andern Vnfern der Marck zu Brandenburgk getrew, das fie vielgemelte Ebtiffin vnd den gantzen Convent des Clofters zu Reetz in iren Befitzungen, gerichten vnd freyheiten wider gegenwerdig von vns gegebene Briefe nicht fchaden oder verhindern oder durch jemandt fie zubefchweren oder in demfelben zu verhindern geftadten, bey vnfer ernftlichen ſtraffe vnd Vngnade Vormeidung, prefentiren vnter vnfern infigell. Datum Dramburg, im jare nach Chriſti geburt taufendt dreihundert vnd fiben vnd fibentzigften jare, der Romer zall funfizehnden, XVI tagk

des Monats Augusti, im jare Vnsers Romischen Reichs XXXII, des Konnigreichs Behmen XXXI, Vnsers Kaiserthumb im XXIII. Jare.

Dickmann's Urkunden-Sammlung des geheimen Staatsarchives f. 36. 39.

Die älteste markgräfliche Urkunde vom Kloster Reetz hat sich leider nur in dieser schlechten Uebersetzung und in einer noch mangelhaftern Uebersetzung, welche Buchholtz Gesch. der Churmark IV, Anh. S. 132 hat abdrucken lassen, erhalten. Nach einem alten Urkunden-Verzeichnisse war dieselbe zu „Prenzlow" ausgefertigt.

In demselben finden sich noch folgende verloren gegangene Urkunden aufgeführt:

„Die Markgrafen Otto, Heinrich, Hans und Woldemar schenken dem Kloster Reetz 52 Hufen, A. 1304."

„Markgraf Woldemar schenkt dem Kloster Reetz 5 Hufen in Zägendorf, A. 1311."

VII. Johann, Abt zu Marienwalde, bekundet einen mit dem Bischofe Heinrich von Camin über den Bischofszehnten aus des Klosters Gütern verabredeten Vertrag, am 6. November 1303.

Vniuersis presens conscriptum visuris Frater Johannes dictus, abbas in Marienwolde oraciones in domino Jhesu Christo. Recognoscimus et tenore presencium protestamur, Quod inter venerabilem patrem dominum Hinricum, Episcopum ecclesie Caminensis, ex vna parte et nos et nostrum clausirum parte ex altera de dandis sibi decimis siue denariis Episcopalibus de bonis siue possessionibus nostri clausiri est, prout sequitur, placitatum, Ita videlicet, quod de quolibet manso nostre abbacie jam possesso seu pro tempore possidendo, cum ad plenam solucionem pacti seu pensionis peruenerit, siue pro rata, prout pactum soluit, nobis et successoribus nostris sunt episcopales denarii persoluendi, exceptis agris, quos nostris laboribus siue sumptibus duxerimus excolendos. Huius modi vero placita stabunt usque quo vixerit dominus Episcopus predictus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presenti scripto est appensum. Actum et datum anno domini millesimo tricentesimo tercio, proxima quarta feria post omnium sanctorum.

Nach dem Caminschen Copialbuche des Pommerschen Provinzial-Archives

---

VIII. Markgraf Woldemar macht für die Seelen seines Vaters Conrad und seines Bruders Johann dem Kloster Marienwalde eine Schenkung, am 25. September 1305.

Woldemarus, von gots gnaden Marckgrav zu Brandenburg, Lausnitz vnd von Landsberg, entbeut allen, die diesen Brief sehen oder hören lesen, Glück, Heyl vnd Willenschaft nachgeschriebener Dinge.

Der abgehandelten Sachen Beschreibung ist dazu nöthig, dass die Nachkömmlinge, so deren

vnwiſſend oder vergeſſend, nicht verneinen können, was die Vorfahren mit reifen Rath verordnet. Demnach thun wir zu wiſſen allen, die jetzo ſind vnd in künftigen Zeiten ſeyn werden, vnd thun mit dieſen Briefe kund, wie wir betrachtet göttlich vnd ſeliglich zu ſeyn, daſs man den Armen zu Hülfe komme, ſonderlich denen, die vm der Liebe Gottes willen, der Welt vnd ihres eigenen Willens ſich verziehen. Darum haben wir zur Vergebung vnſerer Sünde vnd zur Seelen Seligkeit vnſerer geliebten Herrn, Conradi, vnſers Vaters, vnd Johannis, vnſers Bruders, weyland Marckgraven zu Brandenburg ſel. Gedächtniſs, gegeben vnd ſchenken mit milder Begabung vnſern geliebten in Chriſto, den Brüdern des Ordens von Ciſtertien im Kloſter Marienwalde, die Güter Cloſterfelde, Brenſehe, Abteshagen, Meuſsdorf, Neuen Plawen, Reddentin vnd Lamprechtsdorff etc. Dabey ſind geweſen tüchtige Zeugen, nemlich vnſer Getreuer Ludolphus von Wedel, Henrich von Stegelitz vnd Nicolaus von Buch, vnſer Truchſeſs, vnd Haſſo von Wedel, vnſer Advocat, vnd andere viel mehr glaubenswürdige Leute. Geſchehen vnd gegeben zu Dubegnero, Anno Domini MCCCV., am Sonnabend vor Michaelis.

Nach einem alten Extract.

IX. Papſt Johann XXII. beſtätigt dem Johanniter-Orden das ihm vom Markgrafen Woldemar von Brandenburg übertragene Patronatrecht über die Pfarrkirche zu Arnswalde, am 3. Juli 1312.

Johannes epiſcopus, ſeruus ſeruorum dei, Dilectis filiis, Magiſtro et fratribus hoſpitalis ſancti Johannis Jeroſolimitani, Caminenſis dioeceſis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iuſtum eſt et honeſtum, tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Sane petitio ueſtra nobis exhibita continebat, quod nobilis vir Woldemarus, Marchio Brandenburgenſis, ius patronatus eccleſie oppidi Arneswolde, Caminenſis dioeceſis, tunc ad eum legitime pertinens, pro ſue ac parentum ſuorum animarum remedio vobis et per vos hoſpitali ueſtro in perpetuum pia et prouida liberalitate donauit, prout in patentibus litteris inde confectis ipſius nobilis ſigillo munitis plenius continetur. Nos itaque ueſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc ab eodem Nobili proinde factum eſt, ratum et gratum habemus, id auctoritate apoſtolica confirmamus, et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmacionis infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Avinionis, V. Nonas Julii, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

Original im Königl. Geh. Staatsarchive. — Die Woldemarſche Vereignungs-Urkunde über das Patronat iſt vom Jahre 1309 und bereits Hauptheil I, Bd. II, S. 263 abgedruckt.

X. Markgraf Woldemar vereignet der Stadt Dubegnewe (Arenswalde) seine Mühle daselbst, am 3. Januar 1313.

Woldemarus, Dei gratia Brandenburgenſis, Luſacie et de Landesberg marchio tutorque incliti Johannnis de Brandenburg marchionis, Vniverſis Chriſti fidelibus preſentibus et futuris ſalutem et ad geſte rei ſempiternam memoriam. Cum varietas temporum actuum varietatem inducat, ex quo veriſimiliter contingeret actus quantumcunque a preſentibus cognitos ab oculis euaneſcere poſterorum', niſi ſcripture teſtimonio ſaltem eternitatem capiant perpetuo tempore duraturam. Inde eſt, quod quia ciuitas Dubegnewe, tanquam in extremis poſita et deſertis partibus vicina, que pre ceteris eſt nobis magis cordi, dedimus et per preſentes literas damus ciuibus ciuitatis eiusdem preſentibus et futuris molendinum, quod noſtrum erat, nunc ciuitatis plancis annexum, ita quod ipſum poſſint intra ciuitatem ſituare, cum omni proprietate, poſſeſſione hereditatis et pheudi, cum omni penſione et pachto, nobis et aliis in ipſo competentibus, nichilominus molendinum fratrum de Marienwolde, quod erat ſupra, et molendinum domini Bethekini de Born, quod erat infra ſituatum, cum ſuis penſionibus dicte ciuitatis molendino incorporantes, Ita quod nec nos nec heres noſter vel ſucceſſor nec fratres predicti nec aliquis alius de cetero aliqua tam ſupra quam infra in metis et terminis ciuitatis eiusdem de nouo edificabimus molendina nec vetera refici vel reſtaurari quomodolibet patiemur. Omnium quoque villarum incole, que ante huiusmodi donationem noſtram in dicto molendino conſueuerunt molere, propria molendina non habentes, nunc et in antea in dicto molendino ſimiliter ſub virtute noſtre gracie molere tenebuntur. Proinde a dicte ciuitatis ciuibus nobis ſunt quingenta et quinquaginta marce argenti Brandenburgenſis et ponderis date integraliter et ſolute, de quibus ipſos et heredes ipſorum quitos dicimus per preſentes ponentesque ipſos ciues in poſſeſſionem corporalem molendini ac prouentuum, pertinenciarum et jurium ejusdem. Ne quoque hujusmodi factum noſtrum cujusquam calumpnia obfuſcetur, preſens ſcriptum dictis ciuibus dari juſſimus noſtri ſigilli robore conſignatum. Teſtes ad hoc vocati ſunt nobiles viri domini Vlricus de Lindowe et Guntherus de Keuerenberg, comites, Henningus de Stegelitz et Henningus de Blankenburg, milites, nec non Henricus, decanus de Stendal, ac Slotéko prepoſitus Diminenſes, noſtre curie prothonotarius, ac alii quam plures fide digni. Datum Werbelyn, anno domini milleſimo tricenteſimo tredecimo, feria quarta ante epiphaniam domini noſtri.

Aus Dreger's Abſchrift.

XI. Michael, Abt zu Marienwalde, bekundet, daß ihn der Markgraf Woldemar wegen der in deſſen Haiden in Anſpruch genommenen Ländereien und wegen anderer Anſprüche zufrieden geſtellt habe, am 18. September 1314.

Nos Michael, diuina permiſſione Abbas et Conuentus in Marienwolde Recognoſcimus publice per preſentes, Quod Illuſtrem, dn. noſtrum dn. woldemarum marchionem Branden-

burgenſem ejusque anteceſſores et ſucceſſores dimiſimus liberos et abſolutos et dimittimus nunciantes per has literas de ſexaginta quinque manſis et ſtagnis intra ipſos contentis, quos in ipſorum impetiuimus merica, renunciantes omni iuri et accioni, que nobis ad premiſſa et ad alia circa noſtra molendina et bona per dictos principes perpetrata uſque in diem preſentem competebant vel competerent in futurum, quia nobis dictus dn. noſter woldemarus de premiſſis omnibus et eorum quolibet reſtaurum fecit ſui gratia noſtram condecens voluntatem. In cuius etc. Teſtes nobilis vir Guntherus Comes de keuernberg, Henningus de ſtegeliz miles, Slotheko prepoſitus Dyminenſis, dn. Tydericus prepoſitus de Granzoy, Segerus prepoſitus de Stendal, Euerhardus prepoſitus in ſtolpe, Hermannus de Luchow cum ceteris. Actum et Datum Turglow, anno domini M°. CCC°. XIIII°. X°. kalendis octobris.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives. — Vom Jahre 1316 iſt in einem alten Verzeichniſſe eine Urkunde Woldemar's und Johann's angeführt, worin dem Kloſter die Bede und der Wagendienſt verſchrieben ſein ſoll.

XII. Markgraf Ludwig vergleicht die Stadt und das Kloſter Reetz wegen der Mühlen, am 29. September 1333.

In Gottes Namen Amen. Auf das die Geſchichte dingk auf erdenn mit vorgengknus der zeit nicht werdenn vorgeſzenn, ſo pflegen die weyſen herrn vnd fürſten ſich gern mit zeug vnd mit briſen zu feſtenn. Hirumb iſt, das wir Ludewig, von der gnaden gottes Marggraff von Brandenburgk vnd Lauſznitz von Landtsbergk, ein Pfalzgraf des Reins, ein Hertzogk von Beyern, ein Meiſter kemmerer des Reichs, bekennen offenbar in dieſem briefe vor allen Chriſten leuten, das herr Mertin, der frawen probſt von Reetz, mit den Ratmannen von Reetz feindt vor vns gekommen mit den mengeln der muhlen vor der ſtadt, die haben wir gutlich berichtet an beiden ſeiten nach irer beider wilkoer in diſer weiſe, das die ſtadt zu Reetz ſoll behalten die eine muhlen vor der ſtadt negſte mit der muhlen, die ſie haben gebawet, vnd auch die muhle vf dem tamme der ihna, dar man gehett zu alten Wedell, mit allem brauche, mit allem recht frey mit allem nutz, beſonder das, das der frawen wagen von dem Cloſter ſoll gehen in die ſtadt aus vnd ein zu fahren, das ime die ratmanne oder Burger nicht ſollen hindern, ob jemand mit inen mahlen will. Von der muhlen ſollen die ratmann vnd die ſtadt den frawen alle jar ewiglichen geben XX Wiſpel Rogken, zu vier ſtunden des jars ie funf Winſpel des vierten theils. Wer es, das ſie das nicht theten, vorlewb ſollen die frawen vnd probſt haben den herrn vnd der ſtadt ohne jennige wehre die eiſen zunehmen aus den vorſprachen muhlen vnd die ſo lange zu behalten, bis ihn ihr Rocken wurdt gegeben. Vortbas ſtehet ſo die muhlen bewahret dar man gehett vf dem damme zu alten Wedell, die ihna ſoll das waſzer nicht halten zu nachtheill oder zu ſchaden der muhlen des cloſters. Dar bauen ſoll die ſtadt Ebel, dem ſchultzen, alle jar geben VIII Winſpel korns. Vortmer ſollen die frawen haben legerholtz vnd durre ſtehende holtz in deme holtz, darinne ligt die wiſen. Grunholtz ſoll man hegen an beider ſeit der ſtadt vnd des Cloſters zu der Bawunge. Vortmer wer es fride, das man mochte fahren ahn angſt, heger

ſoll man alle holtz an beiden ſeiten. Wer es, das die frawen holtz bedurfften in der erndte oder in der ſaath zeit, ſollen ſie in dem vorſprochen holtz, holtz zu irem nutz, ſonder der ratmann hindernus vnd der burger. Vber alle diſe dingk die ratmann dieſer vorſprochen ſtadt vorzeigen mit willen alle der gardten, die dar liggen zu dem borchlehen, ohn einen, den Kerſtian beſitzt. Vff das diſe ding dem frawen vnd dem Kloſter alhir dem Kloſter vorſprochen iſt, gantz vnd vngebrochen gehalten werden, So haben wir dieſen Brief mit vnſern inſiegeln vnd mit der ſtadt inſigell zu Reetz laſzen beſigeln vnd beſeſten. Diſer dingk ſeindt zeuge die edle furſten Rudolff, ein Hertzogk von Sachſen, her Humeler, der von Sypelige, her Schenck, her Herman von Wulckow, her Dittrichen von Sittlen, her Joachim Guntter von Gunterſberge, her Ludicke, her Ludewigk, her Heinrich von Wedell, ritter, Heinrich Buch, Heinrich, Haſſe, Bruder, von Wedell, Jacob Mordt, ſein knecht, vnd ander viel guter Leute. Diſer brieff iſt geben nach gottes geburht Tauſendt dreyhundert vnd drey vnd dreiſzig jar, in dem tage ſant Michaelis.

Aus Dickmann's Urkundenſammlung des Königl. Geheimen Staats-Archives f. 204. und 37.

XIII. Markgraf Ludwig verleiht Mühlpächte aus der Stadtmühle zu Arenswalde, am 26. März 1335.

Anno domini M°. CCC°. XXXV, dominica letare, in Spandow, contulimus hen. Barſenow, hen. et petro, fratribus, dictis Buntkow, manu coniuncta et ipſorum heredibus viginti choros reddituum in molendino ciuitatis arnſwold abſque precaria feodali et ſeruicio quolibet cum omnibus iuribus, quibus ipſos Dietricus de hicſtorp et arnoldus de Hinſperg, ſcultetus in Arnſwold, ab antiquo poſſederunt. Teſtes ſunt Altmannus, Jo. de Buoch, ludovicus et haſſo de wedil etc.

Aus dem Leipziger Copialbuch der Vogtei Landsberg Bl. 24. Nr. XII.

XIV. Quittung über Zahlungen, welche der Abt von Marienwalde für einen Antheil an Lämmersdorf geleiſtet hat, vom 17. Januar 1336.

Nos Henningus Pochero, Proviſor et protutor ex affinitate Conſangvinitatis et Jure hereditaris Henningi et Henrici Fratrum, filiorum Domini Petri Pochero Militis pie recordationis, per preſentes publice proteſtamur, quod Dominus Stephanus, Abbas in Marienwalde, cum ſuo Conventu pro omnibus bonis, que predictus Dominus Petrus Pochero habuit in villa Lamprechtsdorf, perſolverit veris heredibus antedictis ad tres terminos Anni indictos et depu-

tatos trecentas marcas Vinconum et decem marcas plenarie et honeſte. Teſtes ſunt Dominus Jacobus plebanus in villa Rokit, Cuſche prefectus in Woldenbergk, Hermannus etc. — Cives ibidem et Henricus Wulff in villa Driversdorff armiger. Datum feria IIII poſt Octavam Epiphanie, Anno Domini Milleſimo trecenteſimo (triceſimo) ſexto. In cujus rei teſtimonium preſens ſcriptum dedimus noſtro ſigillo conſignatum. Igitur nos Conſules in Fredeberg et in Woldenberg ex rogatu utrocunque venerabilium virorum et inductu ad majorem evidentiam et certitudinem predictorum noſtra ſigilla duximus apponenda.

Aus der Gundlingſchen Urkundenſammlung III, 2. S. 18 mit der Ueberſchrift 1336. Im Texte iſt dagegen das Wort tricesimo ausgelaſſen.

XV. Markgraf Ludwig beſtätigt der Stadt Arenswalde ältere Verleihungen und Zugeſtändniſſe, am 25. Mai 1336.

Lvdouicus etc. Venientes ad nos prudentes viri conſules ciuitatis noſtre Arnswolde, dilecti noſtri fideles, nobis, vt ipſis gratias, conceſſiones et priuilegia per magnificum Principem woldemarum nec non alios marchiones Brandenburgenſes pie recordacionis predeceſſores noſtros dilectos ſuper villa Blockesdorpe et eius iuribus et pertinentiis vniuerſis et eadem ſuper molendino, quod ante valuam, que ſe verſus terram ſtargardin tendit, ſitum eſt, et ſuper molendino vlterius deſcendendo ſuper eundem fluuium ſito, quod communiter dicitur Lapmül, et ſuper eisdem fluminibus, que vulgariter dicuntur Kluckem et Steſin, que ſe tendunt vſque ad fluuium, qui proprie dicitur Stauenicz, tradita et conceſſa confirmare dignaremur, humiliter cum inſtantia ſupplicarunt. Quorum quidem ſupplicationibus ad ipſorum inſtantem requiſitionem annuimus fauorabiliter iuxta vota, ipſis ipſorumque poſteris et ſucceſſoribus donationem et appropriationem ville blockesdorp et molendinorum predictorum cum ſingulis et vniuerſis ſuis pertinentiis et quod ſuper predictos fluuios alia molendina, ubi prefate ciuitatis conſulibus videbitur expedire, poterunt edificare et molendina ſua, ſi voluerint, reſtaurare et confirmare, ſub forma, modis et conditionibus, prout per ipſum marchionem woldemarum et ceteros predictos felicis memorie marchiones brandenburgenſes rationabiliter et rite facta fuerint et vt legitimis documentis edocere poterunt, ratificamus, approbamus et preſentibus confirmamus, et predicte ciuitatis conſules ſe coram nobis et noſtris conſiliariis de omni inpeticione pro nunc predictorum bonorum omnimode expurgarunt. In cuius etc. Datum Berlin, anno domini M. CCC. XXXVI°., die Sabbati ante feſtum corporis criſti.

Iſte additiones facte ſunt a domino Eberwino ex iuſſu illius de Buch, anno Domini M. CCC. XXXVII. feria quinta poſt Michaelis.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staats-Archives (I. C. 4. in quarto).

XVI. Markgraf Ludwig vereignet dem Rath und der Gemeinde der Stadt Arenswalde die dortige beim Minoritenkloster gelegene Mühle, am 10. Oktober 1338.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. appropriauimus et cum mera mente poſtra appropriamus prudentibus viris diſcretis conſulibus et univerſitati civitatis Arnswolde tam preſentibus quam ſucceſſoribus, fidelibus noſtris dilectis, molendinum ultra muros civitatis noſtre predicte, prope monaſterium fratrum minorum ſitum, cujus collacio nobis pertinuit, cum ſingulis et univerſis eidem ab antiquo vel ex debito pertinentibus pertinencijs et ſpecialiter cum aque decurſu nunc id pellente perpetuo tenendum et ſine inpedimento quolibet poſſidendum. Renunciantes pro nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris omni juri, actioni et impeticioni, que nobis vel ipſis ſuper dicto molendino competere poſſent aſiqualiter in futurum. Pro qua quidem appropriacione iidem cives dilecti de C marcis argenti Brandenburgenſis et ponderis parate pecunie nobis donaverunt, de quibus ipſos ſolutos dicimus et preſentibus omnimode nuncciamus. In cujus etc. teſtes dominus Fridericus epiſcopus Caminenſis, yſoltrieder, Helo, Bethke de Oſth, Bortuelt, milites, Haſſo de Wedel, Thyd. de Brederlow cum ceteris. Datum Soldin, Anno domini MCCCXXXVIII., in craſtino dyoniſii.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geheimen Staats-Archives f. 130, desgl. Copialbuch I. Cod. 4. in quarto.

Anm. An das in dieſer Urkunde erwähnte, ſonſt ſelten genannte Kloſter zu Arenswalde, erinnert noch bis in die neueſte Zeit ein in Arenswalde fortbeſtehender ſogenannter Kloſterhof. Der Kloſterhof war in neuerer Zeit ein in Privatbeſitz übergegangenes Freigut, zu welchem 6 ackerfreie Hufen neben einer ſchoßbaren Hufe gehörten, desgleichen zwei freie Morgen Landes und einige Wieſen. Das Kloſtergut hatte auch das Recht freier Schäferei, mußte aber die Schafe von dem gemeinen Hirten treiben laſſen.

XVII. Markgraf Ludwig erläßt der Stadt Arenswalde für ihre zur Auslöſung der Lauſitz geleiſteten Beiträge einen Theil der Urbede, mit Bemerkungen über den aus gleichem Grunde den Städten Bärwalde, Soldin, Schönfließ, Lippehne, Berlinichen, Neulandsberg, Friedeberg, Reetz, Dramburg und Woldenberg gewährten Erlaß, am 11. September 1338.

Anno domini M. CCC. XXXVIII. feria ſexta poſt natiuitatem marie virginis. Nos Ludouicus etc. diſcretis viris ciuitatis Arnswald ciuibus, fidelibus ſuis dilectis. Eo, quod abſolutioni terre Luſitz noſtris partibus beniuole fuerant inclinati, X marcas argenti in penſione eorum annuali ſub diminutione dimiſimus et preſentibus dimittimus, eos quod tam diu in tali donationis ſue penſionis ſtatu obſeruare volentes, quousque pro qualibet marca ipſis dimiſſa, vt in vſum noſtrum priorem ab antiquo ſolitum deueniat, decem marcas argenti in reſuſionem et ſatisfactionem eroga bimus, ipſos tali donatione, penſione in feſto beate Walpurgis proxime inſtantis nobis prius data deinceps frui volentes, ambiguitate qualibet ſemota, preſentibusque profitentes. In cuius etc. Conſimiles literas dedit Dominus ciuitatibus infraſcriptis;

Pro Bernwald dimiſit VII, et quelibet marca debet ab eis redimi pro X marcis, et ſic de aliis. Item Schonevliet V. Item Soldin IX. Item Lippen III. Noua Berlin V. Landsberg X. Vredeberg VI. Retz IIII. Dravenburg V. Woldenberg VI.

Aus einem Copialbuche des Geheimen Staatsarchives (I. C. 4. in quarto).

XVIII. Markgraf Ludwig gewährt der Stadt Reetz wegen erlittenen Brandſchadens einen Abgabenerlaß, am 30. Dezember 1340.

Spandow, anno dom. M. CCC. XL. Conſiderata diſcretorum virorum ciuitatis noſtre Retz ciuium ſincere nobis dilectorum approbata fidelitate, defectibus, quos per ignis voraginem noviter perpeſſi ſunt, ex mera mentis noſtre beniuolentia nitimur obuiare, ipſos a datione ſiue ſolutione precarie medie et a medietate ipſius annuo tempore nobis debende ſeu ſoluende a feſto beati martini proxime venientis per duos annos continuos, ſic quod nobis nec vlli medio tempore noſtri nomine quicquam dare de ſolutione eadem ſiue penſione ipſorum annua teneantur, libertavimus et libertare decreuimus, dummodo ipſam ſolutionem in munimenta ipſius ciuitatis neceſſaria, cum Aduocati noſtri tranſedorani conſcientia, conuertant et dirigant euidenter. In cuius etc. Teſtes vero huius nobilis vir Conradus dux de teck, joh. de Buch, henricus de Ryſchach curie noſtre magiſter, albertus de Wolffteyn, Johannes huſener cum ceteris. Datum Sabbato infra octauas criſti.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives.

XIX. Markgraf Ludwig verſchreibt dem Kloſter Reetz wegen des Mangels, worin es durch Kriegsunruhen gerathen, die Pfarre zu Dramburg, am 29. Januar 1341.

Ludovicus etc. ſingulis et univerſis. Conuenit et pium eſſe cenſemus, quod ſollicitudo principis defectus neceſſariorum virginum deodicatarum et ſic frequencius obſequencium pro ſuo poſſibilitatis beneficio ſuppleat, ut eedem habitis neceſſariis altiſſimo valeant reverencius famulari. Sane cum honorabilem religioſam ſororem abbatiſſam totumque conventum ſanctimonialium in Retze, ordinis Ciſterſienſis, caminenſis dioeceſis, propter terrarum noſtrarum quondam diſturbium et controverſiam, mutuo et extrinſice habitum, egeſtatis nouimus laqueis irretitum, quibus et quarum defectibus ob domini ſalvatoris reverenciam et ob bone recordacionis Marchionum predeceſſorum noſtrorum conſervacionem animarumque ſalutem perpetuam obviare ſalubriter et mederi decrevimus et decernimus in hunc modum, videlicet ex mera mentis noſtre benivolencia, eccleſie parochialis civitatis noſtre Dramborch dotem cum ſingulis et univerſis ſuis pertinencijs, appendicijs, juribus, commodis et uſibus ad eandem ex debito pertinentibus appropriare decreuimus et preſentibus appropria-

mus, dum primum per mortem vel resignacionem voluntariam pastoris nunc ipsam regentis vacaverit, in antea sine inquietacione qualibet perpetuis temporibus possidendam. In cujus etc. testes Helo, Wolfstein, Bombrecht pincerna, Bethkinus de Ost, Ghunterus de Guntersberg, Thid. de Brederlo. Datum Soldin, anno domini MCCCXLI. feria II. post conversionem sancti Pauli.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geheimen Staats-Archives f. 245. und einem alten Copialbuche.

XX. Markgraf Ludwig befreiet das Kloster Marienwalde auf vier Jahre von allen Lasten und seine Colonisten von aller Beschwerung, am 29. Januar 1341.

Ludouicus etc. Honorabilibus et religiosis viris in cristo Abbati et conuentui monasterii Mergenwold, deuotis sibi dilectis, gratiam suam et omne bonum. Ad releuanda egestatis et inopie vestre onera, quibus vos perplexos fore nouimus, et etiam vt monasterium vestrum, provt concepistis, transponere eo commodosius possitis et valeatis, vos et vestros subditos colonos et pauperes quoscunque in bonis monasterii vestri residentes, a festo beate Katharine proxime venientis vltra per quatuor annos continuos ab omni datione cuiusvis seruitutis qualitercunque nominate nobis faciende libertamus, sic quod nec nobis nec vlli officiatorum nostrorum ad aliquam dationem nec seruitutem dictis quatuor annis durantibus aliquatenus teneantur. Volentes etiam homines noualium vestrorum, si qua alias excolitis et plantatis sic quod homines in eis residebant, sine lesione qualibet etiam ipso durante tempore gaudere predicta libertate et gratia seu potiri. In cuius etc. Testes huius sunt Guntherus comes de Swartzburg, Beringerus Helo, Albertus Wolffteiner, Bombrecht pincerna, milites, Gerke Wolf cum ceteris. Datum vt supra (Soldin, Anno MCCCXLI. feria secunda post conuersionem sancti Pauli.)

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4. in quarto).

XXI. Markgraf Ludwig befreiet das Kloster Marienwalde noch auf zwei Jahre von allen Lasten, am 3. März 1345.

Ludowicus, dei etc. Honorabilibus et religiosis viris Abbati, Priori totique conuentui monasterii in Mergenwald deuotis, sibi sincere dilectis gratiam et omne bonum. Inopiam, paupertatem et miseriam vestras vestrique monasterii pietatis oculo procernentes, vos et vestrum monasterium a festo beati martini proxime venientis duobus annis deinceps continue succedentibus ab omni donatione siue datione cuiuslibet exactionis nobis dande siue debende supportauimus et presentibus supportamus. In cuius etc. Testes et datum vt supra feria IIII^{a}. ante Letare.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4. in quarto).

XXII. Markgraf Ludwig verschreibt dem Palatin von Posen, falls die begonnenen Freundschaftsverhandlungen mit Polen ihren Fortgang haben werden, 200 Marck Silber, welche aus der Stadt Arnswalde bis zum Abtrag verzinst werden, Anfangs August 1345.

Nouerint etc. Quod nos Ludowicus etc. consideratis meritis et fidelibus obsequiis nobis per nobilem virum nycolaum de Bechowe, palatinum pozenaniensem, quodammodo exhibitis et adhuc in posterum fideliter exhibendis, nec non fidelitatis promisso nobis prestito eidem suisque heredibus legitimis, de mera mentis nostre beniuolentia, deputauimus, assignauimus, deputamus et presentibus assignamus XXX^{a}. marcas argenti Brandenburgensis et ponderis annuorum reddituum tollendas et percipendas in pensione ciuitatis nostre arnswold, quarum singulis annis quindecim in festo beati martini, et quindecim in festo beate walpurgis deinceps subsequentis tollere debebit, inpedimento quolibet procul moto, tam diu, quousque nos, heredes aut successores nostri sibi vel suis heredibus in CC marcis argenti Brandenburgensis satisfecerimus, dictas XXX^{a}. marcas pro premissa pecunia non subdefalcationis titulo exsoluendo. Talem approbantes deputacionem per presentes, vt premittitur, si inter illustrem fratrem nostrum kazimirum, regem polonie atque nos processum habuerit amicitia preconcepta. Volentes quoque, ut aduocatus nostet presens ibidem, seu qui pro tempore fuerit, prenotato nycolao de Bechowe et suis heredibus, si pretacte ciuitatis nostre arnswold pensio cuiquam deputata foret vel esset, de aliis terrarum nostrarum obuentionibus annue temporibus preexpressis memoratam pecuniam det, porrigat et ministret. In cuius etc. Testes, Wolffteiner, Swyker, Husener, Lochin, Bombrecht magister coquine, Satzenhofer, Otto de Helbe cum ceteris. Datum Kopanitz, anno XLV. post octauam sancti Jacobi.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4. in quarto).

XXIII. Markgraf Ludwig befreiet das Kloster und die Gutseingesessenen des Klosters Marienwalde, um diesem seine Verlegung zu erleichtern, von allen Abgaben, am 13. Oktober 1346.

Ludovicus etc. honorabili viro fratri abbati et conventui monasterij Marienwold, ordinis Cistercienſis, Caminensis diocesis, deuotis sibi dilectis, graciam suam et omne bonum. Ad releuandum egestatis et inopie vestre onera, quibus vos perplexos fore nouimus, et eciam ut monasterium vestrum, prout concepistis, transponere eo commodosius possitis et valeatis, vos et vestros subditos colonos et pauperes quoscunque, in bonis monasterii vndique residentes, a festo beati Martini proxime venienti vltra per V annos continuos ab omni dacione et onere cuiuslibet seruitutis qualitercunque nominate uel faciende et seruicio curruum libertamus, sic quod nec nobis nec vlli officiatorum nostrorum in aliqua dacione nec seruitute dictis V annis durantibus aliquatenus teneantur. Volentes eciam homines noualium vestrorum, si que alia excolitis et plantatis, sic quod homines in eis resideant, sine lesione qualibet eciam ipso durante tempore gaudere predicta libertate et gracia

seu potiri. In cuius etc. Testes Burggrauius, Husener, Wolfstein, Lochen, Helo, Ost. Datum Noua landesberg, Anno M°. CCC°. xlvj°. sabbato ante galli.

Aus einer Hackwitz'schen Abschrift und der Dickmann'schen Sammlung f. 88.

XXIV. Markgraf Ludwig ermäßigt die Erbede der Stadt Arenswalde und bestätigt der Stadt den Besitz des Hufenzinses, der Mühle und des Dorfes Schulzendorf, am 24. September 1348.

Noverint universi presentes literas inspecturi, quod nos Ludovicus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, comes palatinus Reni, dux bavarie et carinthie, sacrique romani imperii archicamerarius, Tyrolis et Goricie comes, pensata fideli constantia discretorum virorum consulum et universorum civium civitatis nostre Arenswold, fidelium nostrorum dilectorum, nobis hactenus exhibita et adhuc in perpetuum nobis et nostris heredibus fideliter exhibenda, eisdem consulibus et universis civibus presentibus et futuris de vera ipsorum annua pensione, quam nobis ab antiquo dare consueverunt condescendimus meritorum suorum consideratione, sic quod nobis, heredibus ac successoribus nostris in debita ipsorum pensione annua octuaginta marcas argenti bene dati singulis annis duobus anni temporibus, videlicet in festo beati martini quadraginta marcas et in festo beate walpurgis quadraginta marcas dicti argenti tantummodo debeant erogare, dantes nihilominus solennique donacione donantes dicte civitati nostre Arnswold justo proprietatis titulo censum mansorum super omnibus mansis, ad dictam civitatem pertinentibus, nec non proprietatem ville Schultendorp eidem civitati adjacentis, sic quod idem census cum predicta villa ad memoratam civitatem cum omnibus metis suis ac eciam molendino inibi situato, agris cultis et incultis, aquis, pratis, pascuis et singulis juribus, usibus, fructibus, obvencionibus et pertinentijs suis quibuscunque pertinere debebunt temporum curssibus sempiternis. Renunciantes solenniter omni juri et actioni, quod vel que nobis et heredibus nostris competebant, competunt aut competere possent in premissis censu et villa quolibet in futurum. In cuius testimonium presentes literas sigilli nostri appensi munimine fecimus communiri. Testes huius sunt strenui viri Hasso senior de Wedel, Albertus de Wolffstein, Beteco[v] de Osten, Hasso de Falkenburg, Tide de Brederlo milites, et Henningus de Uchtenhagin cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Tanckow, Anno domini MCCCXL octauo, feria quarta ante diem sancti Michaelis Archangeli.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geheimen Staatsarchives f. 107.

XXV. Markgraf Ludwig verleiht das Schulzenamt zu Arenswalde, am 1. Januar 1349.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. contulimus et presentibus conferimus discretis viris Godekino et Nicolao fratribus Schultetis et Arnoldo et Matheo patruis, dictis Heynspergh, nostre civitatis Arnswold civibus, fidelibus nostris dilectis, ipsorum veris et legitimis heredibus iudicium ac officium prefecture civitatis cum singulis et universis pertinenciis eisdem videlicet iudicio et officio prefecture de iure vel ex debito spectantibus qualitercunque nominatis et quocunque situatis et specialiter quatuor frusta annuorum reddituum in censu mansorum et unum frustum in censu, vulgariter ruden tzins dicto, predicte civitatis sita et lacum dictum Czantzick, in campis predicte nostre civitatis situm, cum singulis pertinenciis ad pretactum censum et lacum pertinentibus, nec non cum singulis et universis usufructibus, commodis, iuribus et honoribus premissis adiacentibus, manu coniuncta perpetuis temporibus, a nobis debiti pheudi titulo tenendum et sine inquietacione qualibet quiete et pacifice possidendum. In cuius etc. Testes Ludowicus de Wedel, Wolffteiner, Bombrecht, Hasso de Valkenburg, Thidericus Brederlow, milites, Henningus de Vchtenhain, Wolff etc. Datum nove Berlin, Anno MCCCXLIX. die circumcisionis domini.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 130. und einer von Hackwitz'schen Abschrift.

XXVI. Markgraf Ludwig bestellt Hasso von Falkenburg zum Vogte von Arenswalde, Reetz, Dramburg, Kallies und Nörenberg, am 3. Januar 1349.

Sabbato post Circumcision. domini dominus constituit Hassonem de Valkenburgh in advocatum Civitatum Arnswold, Retze, Dramborgh, Kallis, Nurenberch et villarum seu districtuum adiacentium et habet consimilem formam, sicut dominus Morner et dicti de Vchtenhain, excluso de prelatis cum vasallis et mericis.

Aus der Dickmann'schen Urkunden-Sammlung der Breslauer Universitäts-Bibliothek.

XXVII. Die Städte Arenswalde, Friedeberg und Landsberg verbürgen sich den Städten in der Mark dafür, daß der Markgraf Ludwig die stattgefundenen Vorfälle sie nicht entgelten lassen werde, am 25. Juli 1349.

Wir Ratman der stede Arnyzwolde, Fredeberge vnd Lanzeberch Bekennen offenbarlich in dessen brieff, daz wir allen Stetin vnd ratmannyn in der Mark gelobit haben vnd gelo-

ben mit diſſem brieff ane allirleyge argeliſt, daz der hochgeborin vorſte vnſer here Marggraf Ludwig von Brandenborg vnd ſin erbin ſie alle gemeynlich noch orer eyn gheyn beſunderlich nummermehr vordenken ſol vm alle ſachen vnd geſchichte, dy ſich gehandelt habin dwiſchen vnſirn egnantin hern vnd Stetin vnd mannen in der mark, vnd ſol ſie dez nummer ni gelten laſin, wedir mit worten noch mit werkin, ſundir alle ſachin ſullin tot ſin, daz der nummirmer ſol gedach werden. Dar ſte wi nu vor vnd hebbin zco gezcuge vnſe ingeſegillen an deſſen brieff gehangen, Geghebin zcu Spandow, nach ghotis gebort Tuſent jar drihundert darna in deme neghen vnd virtichten jare, in deme thage ſunthe Jacob des apoſtelen.

Nach Fidicin's Mittheilung aus dem Originale des rathhäuslichen Archives zu Spandow.

XXVIII. Markgraf Ludwig belehnt Heinrich Winther und Henning von Vorhower mit dem Schulzenamte zu Reetz, am 1. Januar 1350.

Nouerint etc. quod nos Ludowicus etc. contulimus et preſentibus conferimus diſcretis viris, hinrico winther et henningo de vorhower patruis, fidelibus noſtris dilectis, et eorum veris heredibus, manu coniuncta et in ſolidum judicium ciuitatis noſtre Retz, XII fruſta reddituum annuorum in cenſu manſorum eiuſdem ciuitatis ſita, et IIII choros ſiliginis in molendino De., prope ciuitatem ſito, annui pactus, que vidilecet XII fruſta et IIII chori ſiliginis ad dictum iudicium pertinent ab antiquo, perpetuis temporibus pacifice poſſidendum. Si vero in premiſſo pactu defectum aliquem paterentur, hunc conſules ibidem ſupplere debebunt et tenentur. Inſuper piſcatura in fluuio, dicto Nantkow, ipſum molendinum ducente, perpetue infra metas, gades ſeu limites memorate ciuitatis perfrui quiete poterunt ſeu debebunt. In cuius etc. Teſtes Swartzburg, Haſſo ſenior, Lud. et Henricus de Wedel, Haſſo de Valkenburg, Oſt, milites, et Johannes de Wedel, cum ceteris. Datum Noue Landeſberg, Anno M°. CCC°. L°. die circumciſionis.

Aus der Hackwitz'ſchen und Dickmann'ſchen Sammlung.

XXIX. Markgraf Ludwig verleiht die Bedehebung in Schlagenthin Bürgern in Arenswalde, am 18. September 1350.

Noverint etc. quod nos Ludovicus etc. contulimus et preſentibus conferimus diſcretis viris Hinrico koln, Giſoni, Nicolao et Henningo, dictis Blanckſee, fratribus, ciuitatis noſtre Arnſwold ciuibus, fidelibus noſtris dilectis, ipſorumque etc. precariam denariorum, frumenti, ville noſtre Slawentin cum ſingulis et vniuerſis ſuis pertinenciis, ſicut hactenus nos poſſedimus, in antea manu coniuncta ſine inquietacione qualibet a nobis perpetuis temporibus pacifice poſſiden-

dam, Sic tamen, quod premiſſorum habitacionis ac expenſarum diſtinctio predicte collationi communi non debebit aliquod in perpetuum noſtri nomine preiudicium generare. Pro qua quidem collacione prenominati noſtri fideles nobis in L marcis argenti Brandenburgenſis et monete nobis ſatisfecerunt, de quibus ipſos quitos dicimus penitus et ſolutos. In cuius etc. Teſtes Vlricus comes de Lyndow, Hen. de Wedel, Petrus de Bredow, Hermannus de Redern, Johannes de Rochow, Wulff, de Saczenhofen, Berngarius de Helen, Huſener et Morner prothonotarius. Datum ante Bernow, Anno M°. CCC°. L°. dominica ante Mathei apoſtoli.

Aus einer von Hackwitz'ſchen Abſchrift.

XXX. Markgraf Ludwig vereignet dem Jacobi-Altare in der Pfarrkirche zu Arenswalde einen Garten, am 19. September 1350.

Nouerint etc. Quod nos Ludowicus etc. divine remuneracionis intuitu, ob id, quod divinus cultus per nos adaugeri videbitur, damus et iuſto appropriacionis titulo donamus altari ſancti Jacobi apoſtoli, fundato in eccleſia parochiali opidi noſtri Arnswold, ortum dictum valle, ante opidum dictum, ſolventem annuatim duo talenta cum dimidio talento denariorum brandenburgenſium, ſic quod idem ortus cum ſua ſalucione premiſſa ad memoratum altare debebit pacifice pertinere curriculis temporum ſempiternis, Renunctiantes etc. in cuius etc. teſtes Lochen, Huſener, Szaczenhofer, Helen Ambo. Datum ante Bernow, Anno MCCCL. dominica ante Matthei.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 130. und einer Hackwitz'ſchen Abſchrift.

XXXI. Markgraf Ludwig der Römer belehnt die von Heinsberg mit dem Schulzenamte zu Arenswalde, am 1. März 1352.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. contulimus et conferimus viris Nicolao ſculteto Arnoldo et Matheo patruis, dictis de Heynſperg, noſtre civitatis Arnswolde civibus, fidelibus noſtris dilectis, ipſorum quoque viris et legitimis heredibus iudicium ac officium prefecture civitatis eiusdem, cum ſingulis ac univerſis pertinenciis eiusdem, videlicet iudicio et officio prefecture de iure vel ex debito ſpectantibus qualitercunque nominatis et quocunque ſituatis et ſpecialiter IIII fruſta annuorum reddituum in cenſu manſorum et unum ſertonem in cenſu, vulgariter Rudentyns dicto, premiſſe civitatis ſita et lacum dictum Santzich, in campis predicte noſtre civitatis ſitum, cum ſingulis pertinenciis, pretactum cenſum et lacum pertinentibus, nec non cum ſingulis ac univerſis uſufructibus, commodis, iuribus et honoribus premiſſis adiacentibus manu coniuncta perpetuis temporibus a nobis dicto pheodi titulo tenendum et ſine inquietacione qualibet

quiete et pacifice poſſidendum. Preſentibus H. et G. filio ſuo de Swartzburg, Johanne de Kothbuſs, Lochen, Loterpeck, Oſt, Johanne de Wedel, Ottone Morner prepoſito Soldinenſi, cum ceteris. Datum Anno MCCCLII. feria VII^a. ante dominicam reminiſcere, Soldin.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staats-Archives f. 185.

XXXII. Ludwig der Römer befreiet das Kloſter Marienwalde und ſeine Gutseingeſeſſenen auf zehn Jahre von allen Abgaben, am 3. Juni 1352.

Ludovicus Romanus etc. honorabili viro fratri heinrico Abbati vel qui pro tempore fuerit et conventui monaſterii Marienwolde, ordinis ciſtercienſis, Caminenſis dioeceſeos, devotis ſuis dilectis graciam et omne bonum. Ad relevandum egeſtatis et inopie onera, quibus vos perplexos fore novimus, vos et veſtros ſubditos colonos et pauperes quoscunque in bonis ueſtri monaſterii reſidentes a feſto beati martini proxime veniente ultra per decem annos continuos ab omni donacione et onere cuiuscunque ſervitutis et tallie qualitercunque nominate nobis faciende, precariis denariorum et frumenti et ſervitio curruum, preſentibus liberamus, ſic quod nec nobis nec ulli officiatorum noſtrorum ad aliquam donacionem, nec ſervitutem, dictis decem annis durantibus aliquatenus teneantur. Volentes eciam quod homines et ruſtici novalium veſtrorum, ſi qua alias excolueritis et plantaveritis, iſtis decem annis in veſtra proprietate ſine leſione qualibet eciam ipſo durante tempore gaudere predicta libertate gracia potiri potuerint et debebunt. Si tamen contingat, nos infra ſpacium predictorum annorum ſtare in caſtris et expedicionibus noſtrorum vaſallorum contra inimicos noſtros, ad expedicionem noſtram cum ſubſidio indigeamus abbatis clauſtri et monaſterii predicti, id noſtre voluntati et gracie libere reſervamus. Propterea ob reverenciam omnipotentis dei et ſalutem animarum noſtre et progenitorum noſtrorum ad emendacionem veſtri clauſtri omnia jura et libertates, que vel quas ab antiquis olim marchionibus predeceſſoribus noſtris habuiſtis, vobis preſentibus nunc deo famulantibus ac futuris preſentibus confirmamus. Inſuper eciam volumus, ſi predicti abbas et fratres aliqua bona in proprietatibus ſuis emerint et redimerint in futurum, quod eadem bona ſub omnibus iuribus, gracijs et honoribus ſupra dictis debebunt pacifice ſempiternis temporibus poſſidere. Preſentibus Hinrico et Gunthero comitibus de Swartzburg et Johanne Kothbuſs. Datum Tankow, Anno MCCCLII., in die trinitatis.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 88.

XXXIII. Markgraf Ludwig überläßt dem Kloster Reetz das Patronat der Pfarrkirche zu Nörenberg, am 6. Juli 1352.

Noverint, quod nos Ludovicus Romanus etc. ob remuneracionem perpetuam omnipotentis dei et in remedium ſalutare animarum noſtre, heredum ac anteceſſorum noſtrorum volentes eciam devotarum noſtrarum Abbatiſſe tociuſque conuentus monaſterij ſanctimonialium ordinis ſancti bernhardi prope noſtram civitatem Retz extra muros paupertatem et inopiam relevare, dedimus, damus preſentibus et donamus eiſdem jus patronatus ſeu jus preſentandi ad eccleſiam parochialem civitatis noſtre Nurenberg cum omnibus juribus, commodis, honoribus et pertinencijs univerſis, quemadmodum id habuimus et tenuimus, tenendum, habendum ac ſine qualibet contradictione noſtri ac heredum noſtrorum de cetero pacifice poſſidendum, et cum vacaverit, perſonam ydoneam ad eam venerabili in chriſto patri epiſcopo caminenſi, qui pro tempore fuerit, valeant et poſſint ſolum et in ſolidum libere preſentare, Renunciantes nihilominus omni iuri et actioni, que nobis ac heredibus noſtris in dicte parochie iuris patronatus compeciit ſeu quovismodo competere potuerit in futurum etc. Preſentibus Guntero iuniore de Swarzburg, Haſſone de Valkenburg, Haſſone de Vchtenhagen, militibus, Haſſone de poltzin, Johanne de Wedel magiſtro camere, Veltperg iudice curie, cum ceteris. Datum Berlin, Anno MCCCLII. feria VI. infra octavas beati Ottonis.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 103.

XXXIV. Markgraf Ludwig verpfändet Bürgern zu Arenswalde die Bede des Dorfes Schönfeld, am 4. December 1353.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. Tiloni de Grabow, civi in Arnswolde, fideli noſtro dilecto, in XXXVII marcis argenti brandenburg. ex cauſa mutui obligamur legitime, pro quibus ipſi et ſuis veris et legitimis heredibus precariam noſtram tam denariorum quam frumenti ville Schonenvelt prope Arnswold preſentibus obligamus, omni utititate et iure, quo eam habuimus, tam diu tollendam, habendam et pacifice poſſidendam, donec ipſis in dicto argento fuerit plenarie ſatisfactum: et omnes litere ſuper quibuslibet debitis, per nos et fratrem Kariſſimum, illuſtrem principem Ludovicum ſeniorem, marchionem Brandenburgenſem, eidem date prius ante datum preſencium literarum, carere debebunt roboris firmitate. In cuius etc. preſentibus Gunthero iuniore comite de Swartzburg, Haſſone de Vchtenhagen, Haſſone de Valkenburg, Grifkone, Gunterberg, lengvelder, militibus, et Mornero protonotario, cum ceteris. Datum Soldin, Anno MCCCLIII., die ſancte Barbare virginis.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 186.

XXXV. Markgraf Ludwig der Römer vereignet der Stadt Arenswalde 60 Hufen Landes in Sammenthin, am 29. December 1353.

Wir Ludewich der Römer etc. bekennen apenbar, dat wie angefen hebben mennigen fteden truwen dienft, den vns dick die veftenn Lude, rathmanne vnd gemeyne vnfer ftath Arnfzwolde, vnfe lieben getruwen, gedan hebben vnd noch don fullen, vnd hebben en gelathenn vnd lathen ouch met diffen Brieue den eygen ouer LX houen in dem dorpe to fzamentyn gelegen, met Bede, wagendienft, tyns, gherichte, met aller nuth vnd vruchte, met allen eren renten, wefzenn, weyden, watern, holten, met allem rechte vnd tohoringhe, als wie fie gehath hebben, vnd bezeten, fredelichen vnd ewiglichen to hebben vnd to bezittende ane allerleye hinderniffe, von vns to hebbende to einem rechten eygendom. Ouer den mandienft, den wy in dem dorppe hebben, vnd dat kerklen vnd wat houen den vorgenannten LX houen in dem dorpe is, dat beholde wy vns vnd vnfe erbenn na als vor, dar fze nichtes rechtes anbeholden fullen. Worde vns des noht, dat wy panden fcholden vm vnfen denft, die in dem dorpe licht, die pfandinghe fcholen wy don vp dem Gude, dar die denft vp licht vnd nicht vp die vorgenannte LX houen. In cujus etc. prefentibus Haffone de Valkenburg, de Vchtenhagen, Ottone de Sliven, Johanne de Wedel, Morner protonotario, cum ceteris. Datum Tankow, Anno domini MCCCLIII, dominica ante circumcifionis domini.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geheimen Staatsarchives f. 186.

XXXVI. Markgraf Ludwig der Römer verfchreibt dem Heinrich von Boyten für die ihm geleiftete Kriegshülfe die Bede aus dem Dorfe Schöneberg bei Arenswalde, am 1. April 1354.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. inxta ritam computacionem ad prefens nobis factam per ftrennum fidelem noftrum dilectum Henricum de Boyten fuper omnibus dampnis et expenfis, in fervicio noftro habitis et perceptis per ipfum, fuos amicos et focios, quos nobis adduxit usque in hodiernum diem, eidem et fuis heredibus in XL marcis denariorum levium vulgariter dictorum vinkenoenfium rationabiliter obligamur, pro qua quidem pecunia fua ipfis omnem precariam etc. qualitercunque nominatam ville Schonenberg prope Arnswold obligavimus et obligamus, Sic quod dum primum precaria foluta fuerit a Tilone de Graven, ipfe et fui heredes fe intromittere debeant de eadem ipfam fine impedimento quolibet poffidendam cum omni iure, commodo et honore, prout idem Tylo etc. habuit et adhuc habere dinofcitur feu tenere tamdiu donec ipfis prefatam pecuniam perfolverimus. In cuius etc. prefentibus Haffone de Vchtenhaghen, Haffone de Valkenburg, Ottone de Sliwen, Petro de Trutenberg milites et Mornero, prepofito Bernowenfi, cum ceteris. Datum Fredeberg, Anno MCCCLIV. feria III^{a}. ante palmarum.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geheimen Staats-Archives f. 265.

XXXVII. Markgraf Ludwig der Römer vereignet dem Kloſter Marienwalde das Dorf Hitzdorf, am 6. April 1354.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus Romanus ob honorem et reverenciam omnipotentis, dei genitricis glorioſe virginis marie et omnium ſanctorum dedimus, damus et ſolempni donacione donamus preſentibus religioſis viris Abbati, priori et conventui fratrum ordinis ciſtercienſis in Marienwold, caminenſis dioeceſeos, proprietatem tocius ville Hitzſtorp cum omnibus ſuis agris, cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis, paludibus, lignetis, rubetis, nec non cum univerſis et ſingulis pertinenciis ad dictam villam pertinentibus, prout eſt in ſuis terminis ſita et eciam limitata, ut fratres inibi deo ſervientes propter augmentationem neceſſariorum magis et magis ipſi Altiſſimo famulentur, jure tamen vaſalionatus et ſervicio vaſalli et vaſallorum, ſi quod vel que nobis in ea competit vel competant, omnimode reſervato, ſic quod predicti abbas, prior et conventus proprietatem memorate ville in perpetuum ſine impedimento quolibet pacifice juſto proprietatis titulo poſſidere debebunt. Renunciantes pro nobis, fratribus et heredibus omni juri, actioni et cuilibet impeticioni quoad dictam proprietatem, quod vel que nobis competebant, competunt vel competere poſſent in dicta villa quomodolibet in futurum, noſtro jure ut premittitur ſolum modo reſervato. In cujus etc. preſentibus Schwartzburg, Haſſone de Valkenburg, Johanne de Wedel cum ceteris. Datum Schowenflyth, Anno MCCLIV. feria II^{a}. ante palmarum.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geheimen Staatsarchives f. 89.

XXXVIII. Markgraf Ludwig der Römer vereignet dem Kloſter Marienwalde die Dörfer Raackow, Hitzdorf, Göhren und Kölzig und den Hof Wildenow, am 30. September 1354.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. ob honorem et reverenciam omnipotentis Dei et glorioſe genitricis ſue virginis Marie ac omnium ſanctorum, nec non ob jugem ſeu perhennem progenitorum noſtrorum et predeceſſorum noſtrorum cunctorum memoriam dedimus, damus et ſolempni donacione donamus per preſentes honorabilibus ac religioſis viris Abbati et conventui fratrum monaſterii nemoris ſancte marie, ordinis ciſtercienſis, Caminenſis dioeceſeos, preſentibus et futuris villas ſubnominatas videlicet Rakow, Hitzſtorff, Gorn, Goltzick et curiam Wildenow cum omnibus ſuis agris, cultis et incultis, aquis, pascuis, piscaturis, molendinis et eorum emolumentis, lignis, rubetis, pratis et ſummariter cum omnibus et ſingulis ipſorum pertinenciis conjunctim vel diviſim et mero ac pleno jure, ſecundum quod ſint in ſuis metis, terminis et limitibus ſituate, cum cenſu, pactu, precaria denariorum, frumenti et curruum, cum judicio ſupremo et inſimo, cum officiio prefecture et realibus ac perſonalibus ſerviciis quibuscunque, jure vaſallatus ſeu ſervicio vaſallorum duntaxat excepto, ſi quod vel que nobis competat ſeu competant in eisdem, quod ac que nobis et noſtris heredibus libere reſeruamus, ſic quod dicte ville cum curia antedicta ad prefatos fratres et conventum proprietatis juſto titulo debeant jugiter pertinere. Re-

nunciantes etc. In cujus etc. presentibus Wanthsleve, Nic. Kokeritz, Petro de Bredow, Ottone de Sliwen, Gunthero de Guntersberg, Johanne de Wedel, Thiderico et Ottone Morner cum ceteris. Datum Arnswolde, Anno MCCCLIV. in die sancti iheronimi.

Aus Dickmann's Urkundensammlung des Königl. Geheimen Staatsarchives f. 77.

XXXIX. Markgraf Ludwig der Römer bestätigt dem Kloster Marienwalde alle von seinen Vorfahren verliehene Besitzungen und Befreiungen, am 30. September 1354.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. honorabilibus viris et religiosis fratribus Abbati et conventui Marienwolde, ordinis cistercienfis, Caminenfis dioecesfeos, devotis nobis dilectis, omnia et singula privilegia, literas, gracias, donaciones, jura, immunitates et libertates, ipsis ab illustribus principibus predecessoribus nostris quondam marchionibus brandenburgensibus divine recordacionis, et specialiter a dilecto fratre nostro domino Ludovico indulta et indultas approbamus, ratificamus et presentibus literis confirmamus, volentes ea et eas in sui roboris firmitate jugiter permanere mandantes quoque obinde omnibus et singulis nostris officiatis advocatis, equitatoribus terrarum nostrarum et eorum substitutis presentibus et qui pro tempore fuerint, ut nullus eorum contra presentem confirmacionem nostram quicquam facere debeat, audeat vel presumat vel attemptet, sicuti nostram ingratitudinem voluerit evitare. In cujus etc. presentibus Wanthsleven, Arxleven, Kockeritz, Petro de Bredow, Ottone de Sliwen, Gothfrido Kotebuz, Guntersberch, Ottone Mornero et preposito Bernowensi. Datum Arnswolde, anno MCCCLIV. die jheronimi.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geheimen Staatsarchives f. 76.

XL. Markgraf Ludwig der Römer vereignet der Stadt Arenswalde noch acht Hufen in Sammenthin, am 4. Oktober 1354.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. dedimus, damus et solempniter donacione donamus per presentes prudentibus viris consulibus civitatis nostre Arnswolde, presentibus et futuris, fidelibus nostris dilectis, et civitati eiusdem VIII mansorum proprietatem sitorum in villa Szammentin, pro quibus nobis IV marcas denariorum levium erogarunt, quos quidem mansos cum omni usufructu, commodo, honore et summarie cum omni iure, quibus predictis consulibus prius eciam contulimus quosdam mansos, sicut in literis predictis nostris et privilegiis de super confectis plenius continetur, debebunt in perpetuum pacifice iusto proprietatis titulo possidere. Benunctiantes etc. presentibus Henrico de Wedel, Hasfone de Valkenburg, Johanne de

Wanthfleve, Buſſone de Arxleve, M. Szack, militibus, Johanne et Wedegone de Wedel et Ottone Morner cum ceteris. Datum Arnswold, Anno MCCCLIIII., Sabbato poſt Michaelis.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 187.

XLI. Markgraf Ludwig der Römer vereignet dem Kloſter Reetz das Dorf Rietzig bei Arenswalde, am 9. April 1355.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam etc. Noverint etc. Quod nos Ludovicus Romanus cupientes divinum cultum quantum poſſumus augmentare, ut altiſſimo devote virgines Abbatiſſa, prioriſſa ac totus conventus ſanctimonialium in Retz, ordinis Ciſterſienſis, Caminenſis dioceſeos, eo frequencius, devocius et fervencius orationibus ſuis, quarum participes eſſe affectamus, valeant famulari, in ſalutare remedium animarum progenitorum noſtrorum, anteceſſorum, noſtre et heredum noſtrorum et ſucceſſorum, quorum memoriam annis ſingulis agere debebunt in cultu divino, eisdem Abbatiſſe, prioriſſe ac toti conventui predicte noſtre et illuſtris principis fratris noſtri cariſſimi domini Ottonis Marchionis Brandenburgenſis ac heredum et ſucceſſorum nomine noſtrorum dedimus et donamus preſentibus ſolempniter, pure propter deum, proprietatem ville Ritzick, ſite prope civitatem noſtram Arnswolde et ipſam villam iuſto proprietatis titulo habendam, tenendam pacifice et quiete ac perpetue poſſidendam omni iure noſtro et forma, quibuscum tenuimus cum omni uſufructu, utilitate, commodo et honore, cum pactu, precaria annone et denariorum, curruum ſervicio ac omnibus ſingulis aliis ſerviciis, realibus et perſonalibus, de dicta villa provenire valentibus, cum iudicio ſupremo et infimo, cum iure patronatus eccleſie ibidem cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis, lignis, aquis, paludibus, piscaturis, molendinis factis et fiendis per aquas et cum vento, proventibus et pertinenciis univerſis infra limites dicte ville comprehenſis, cum pleno et mero iure, nihil in ea nobis penitus reſervando aut mandatum inibi per nos aut noſtros advocatos officiales et equitatores terrarum noſtrarum ibi obtinendo, Renunciantes pro nobis, fratre noſtro predicto, heredibus et ſucceſſoribus noſtris omni iuri, quoad proprietatem predictam, quod nobis competit aut competere potuerit in villa predicta et omnibus et ſingulis premiſſis in futurum. In cuius preſentibus Henrico de Wedel ſeniore, Henrico de Marwitz, Mornero prothonotario, Ottone Mornero cum ceteris. Datum Koningesberg, Anno MCCCLV. feria V ante quaſimodogeniti.

Aus Dickmanns Urkunden-Sammlung des Königl. Geheimen Staatsarchives f. 119.

XLII. Der Rath zu Woldenberg bekundet die Abtretung von 20 Hufen in Lämmersdorf an das Kloster Marienwalde, am 21. März 1361.

In nomine Domini Amen. Ad rei geſte Memoriam ſempiternam, Vniverſis Chriſti fidelibus preſentia cognituris, Nos Conſules Civitatis Woldenberg recognoſcimus publice proteſtantes, quod Peze dictus ſtym et uxor eius Katherina, una cum fratre eius prefecto in Woldenbergk Civitate predicta, maturo Conſilio prehabito, non coacto modo, ſed bona et libera Voluntate vendiderunt preſentibus et vendunt, reſignaverunt et in hiis ſcriptis reſignant religioſis et reverendis Viris Domino Joanni, Abbati in Marienwalde, totique conventui ibidem, viginti manſos, ſitos in Campis et metis Ville Lamprechtsdorff, cum omnibus pertinentiis ſuis et utilitatibus, uſufructibus ſuis, pactu. pullis ſumalibus et pactalibus, cum Collatione Eccleſie, cum medietate iudicii prefecture, cum una taberna et ſi aliquid in precaria habuerunt. Aut ſi uxoris prenotati Pezen, Kathrine preſcripte aliqui manſi ex pretactis viginti manſis fuerunt in dotalicium collati, totum vendiderunt et reſignaverunt et ipſa prenominata Katherina benevole et benigne reſignavit, cum tali Jure, ſicut ipſi et parentes eorum ſepedictos viginti manſos in Lampertsdorff poſſederunt, pro quadringentis et viginti quinque marcis monete ſtetinenſis, Et in hac venditione tota briga et controverſia inter predictos Religioſos et reverendos viros Dominos de Marienwalde et ſepe dictum Pezen ſtym habita, erit totaliter concordata; ſedata et ſopita. In cuius rei teſtimonium noſtre civitatis publicum ſigillum preſentibus eſt appenſum. Actum et Datum in Woldenberg, Anno Dni. milleſimo trecenteſimo ſexageſimo primo, Dominica Dei in ramis Palmarum, Preſentibus et teſtibus Arnoldo de Oſten, Rudolpho de Mellentin, Gunthero de Guntersberg et Conrado de Crempzou famulis ſtrenuis et Nicolao Hoine, Petro Lentzen, Conrado doberpol et aliis quam pluribus fide dignis.

Aus der Gundling'ſchen Urkunden-Sammlung mspt. III, 3. S. 20.

XLIII. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloſter Reetz den See Trebin und die Haide Lehmkuhlſcheide, am 14. Februar 1362.

Noverint univerſi etc. Quod nos Ludovicus etc. ob honorem et reverenciam omnipotentis Dei, glorioſe genitricis ſue virginis marie et omnium ſanctorum perhennemque animarum noſtrarum, heredum et ſucceſſorum noſtrorum memoriam appropriavimus et preſentibus appropriamus religioſis et Deodicatis virginibus abbatiſſe, prioriſſe totique conventui monaſterii in Retcz, ciſtercienſis ordinis, dioeceſeos Caminenſis, unum lacum dictum Trebin cum decurſibus aquarum intra et extra ipſum lacum currencium et mericam dictam Loimkulſcheide cum omnibus iuribus proventibus et redditibus de dicto lacu et merica derivantibus, Sic quod memorata merica et lacus ad predictum monaſterium et conventum debebunt perpetuis temporibus iuſto proprietatis titulo ſine impedimento quocunque pertinere, Renunciantes eciam pro

nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris omni iuri, actioni et impeticioni, quod vel que nobis in dictis, videlicet lacu et merica, competit aut competere poterit aliqualiter in futurum. In cuius etc. preſentibus Johanne Sleben, milite, Johanne de wedel, Gunthero de Guntersbergh pincerna noſtro et ottone morner. Datum Arnswolde MCCCLXII. feria ſecunda, die ſancti valentini.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geheimen Staatsarchives f. 73.

XLIV. Markgraf Ludwig der Römer vereignet dem Kloſter Marienwalde das Dorf Schwachenwalde, am 22. November 1363.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. noſtro ac illuſtris etc. noſtrorumque progenitorum etc. viris religioſis abbati totique conventui monaſterii Maryenwolde, ordinis ciſtercienſis, camminenſis dioeceſis, qui nunc et tempore fuerint in futuro, devotis noſtris dilectis, dedimus, damus iuſtoque proprietatis titulo donacione voluntaria et ſolempni donamus proprietatem Schwachenwold cum omni precaria, cum aliquibus molendinis, lignis, lignetis, pascuis, pratis, cum omnibus iuribus, commodis, libertatibus, inſuper cum obvencionibus et pertinenciis univerſis, quibus bone memorie predeceſſores noſtri Marchiones brandenburgenſes et nos eiusdem ville proprietatem hactenus tenuimus et poſſedimus ante dictam, debito tamen et conſueto vaſallatus noſtri ſervicio, iam retroactis temporibus ab inde nobis exhibito et ad noſtram requiſicionem in poſterum exhibendo, nichilominus perpetue ſaluo, nobis quoque, heredibus et ſucceſſoribus noſtris futuris temporibus quemadmodum ac prius penitus reſervato, habendam, tenendam iuſteque ut premittitur ſine qualibet meorum heredum et ſucceſſorum aut officiatorum noſtrorum inquietacione de cetero pacifice poſſidendam. Renunciantes inſuper etc. ſervicio noſtro ut premittitur duntaxat excepto. In cuius etc. preſentibus Hermanno de Werberg, Hennigo brederlow, Guntero de Guntersberch et Ottone Mornero cum ceteris. Datum Vredebergh, Anno MCCCLXIII. die beate cecilie virginis

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geheimen Staatsarchives f. 76.

XLV. Markgraf Otto's Lehnserneuerung über das Schulzenamt zu Arenswalde, vom 16. Juni 1364.

Wir Otto etc., Bekennen etc., das wir vorlegen haben vnde vorlien Marth. von heinſberg, vnſm lieben getruen, vnd ſynen rechten erben zu eynen leben das gerichte in vnſer ſtadt zu arnſwolde mit allen rechte, den dritten pfenning von allen broken, mit XV marck vinckenogen

houben czinſes vnd rudin czinſis doſelbeſt, mit eynen ſehe der ſenſik heiſet, vnd deme werdere, das dor inne liet, vnd mit dem bomgarden, der vor der Stad by dem burgwale gelegen iſt, vnd mit czween garden, dy by dem bomgarten ligen, vnd mit allen nutzen, renten vnd gulden, vnd mit aller fryheit, dy von oldir dar zu gehorn, als das Godekin ſcholte, ſin bruder, vorbeſeſſen hat, ewichlichen vnd vngehindert zu beſitzende. Preſentibus Martino de Kuntzendorff, milite, Bernardo hamburg cum ceteris. Datum Arnſwolde, dominica poſt viti et modeſti.

Aus einer v. Hackwitz'ſchen Abſchrift.

XLVI. Markgraf Otto ermäßigt die jährliche Abgabe Arenswalde's und Dramburg's für die nächſten vier Jahre, am 20. Juni 1365.

Ciuitas Arnſwolde habet literam domini, quod quatuor annis proxime ſubſequentibus debent domino dare quolibet anno nomine penſionis ſeptuaginta marcarum argenti brandenburgenſis, et tranſactis illis quatuor annis debent dare domino antiquam penſionem videlicet quolibet anno XC marcarum argenti brandenb. In cuius etc. Preſentibus domino Henrico epiſcopo lubucenſi, Martino de Kuntzendorff, Henrico de Schulen(burg), Nickel de Ertmerſtorp. Datum Berlin, Anno LX°. quinto, feria quinta proxima ante diem beati Johannis baptiſte.

Civitas drawenburg habet literam domini, pro quatuor annis ſubſequentibus debent domino dare quolibet anno nomine penſionis XXV marc. arg. brand., et tranſactis illis IIII annis debent dare domino antiquam penſionem videl. XLV marc. arg. In cuius etc. Teſtes et datum u. ſ.

Aus einer v. Hackwitz'ſchen Abſchrift.

XLVII. Lehnbrief Markgraf Otto's für den Domherrn Arend von dem Graben und ſeine Brüder, Bürger zu Arenswalde, über Hebungen in Schönfeld, vom Jahre 1367.

Wir Otto etc., Bekennen, das wir gelegen haben vnd vorlien auch mit diſſen briffe den wiſen boſcheiden luten, hern arnde von dem grabin, domher zu Soldin, tilen vnd henninghe, Burger zu arnſswalde, vnſen lieben getruen, — XX marck ſtetinger phennige zu haben in der bete des dorffes zu Schonenuelde, das by arnſwalde liet, mit allen rechten, eren, nutzen etc. — — Ouch lige wir vnde haben gelien dem ergenanten hern arnde, tilen vnd henningk, brudern, al den vnde beſundern eyn eſlich, das ir vatir von vns vnd von vnſen vorvarn zu lehn hat, vorbas von vns zu — haben etc. — In cuius etc. Preſentibus Guntero de Swartzborch, Comite, domino in arnſtede et Sunderſhuſen, frederico de orlemunde, comite,

tzacharia de kuffteyn, milite, Cuntze de Sliwen, curie noſtre magiſtro, cum ceteris. Datum Soldin, anno M°. CCC°. LXVII°.

Aus einer v. Hackwitz'ſchen Abſchrift.

XLVIII. Markgraf Otto beſtellt Haus von Rakow auf ein Jahr zum Hauptmann in Reetz, am 8. December 1368.

Wir Otto etc., bekennen etc., daſ wir den veſten manne Hanſe von Rakow, vnſen liben getrewen, entſolhen vnd entſelhen etc. vnſe huſz vnd Stat zu Retz, das er dieſelben Veſten vnd Howptmanſchaft mit acker vnd mit allerley fruchten, die er dor vf gewinnen magk, holtze, zolle, fiſchereyenn vnd gemynlichen mit allen nutzen vnd zugehorunge von vnſerwegen ein gantz jar inne haben vnd vorſtan ſoll zu vnſerm nutzen, als her beſte mag vnd als wir em daz wol getrven. Darvber ſullen vnd wollen wir em gebyn zu demſelben ampte zu holfe an ſynen koſten C marck vinckenogen. Wurden wir obir zu rate, daſ wir en von der egnanten houbtmanſchafft entſetzin wolden bynnen dem jare, ee he denne das egenante Korn vnd getrede af gemehet vnd in ſynen nutz gebracht hette, ſo ſollen wir eme daſſelbe Korn zuvor abgelden noch werde, als es billich were vnd redelichen iſt. Ouch ſulle wir em denne von den egenannten C markenn als vil geben, als em noch der iar zcal vf dy zelbe czit zu rechte mach geboren. In cuius etc. Datum Oderberg, Anno domini MCCCLXVIII. feria VI^a. ante lucie virginis.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 157 und der v. Hackwitz'ſchen Sammlung.

XLIX. Markgraf Otto verpfändet Haus und Stadt Reetz an Haſſo, Wedego und Tietze von Wedel, am 29. Auguſt 1369.

Wir Otto etc., Bekennen etc., das wir den veſten luten, Haſſen, wedigen von wedele, rittern, vnd titczen von wedel, vnſen liben getruen vnd iren rechten erben geſatczet haben vnd ſetzen ouch mit deſem briue vnſer Slotz zu retz, hus vnd Stadt, mit allen zugehorungen, alſo wir das ſelben inne gehabt haben, ... vor redeliche koſte vnd ſchaden, die ſie zu dieſer zit in vnſem krige vnd dinſte nemen vnd redelichen bowiſen vnd borechnen mogen. Nemen ſie ouch enigen fromen in vnſem dinſte, den ſullen ſy mit dem vorgenanten Slozze haben vnd bohalden, alſo lange wes wir ſie aller redelicher koſte vnd ſchaden entlediget vnd abgenomen haben. Wurde aber der frome, den ſy nemen, groſſir denne ir ſchade, den ſy genomen hetten, ſo ſal denne das obrige an deme fromen an vnſ geuallen vnd by vns bliben ane ere widder rede, vnd ſollen vnſ ouch da mete vortan dan daſ egenante vnſe Slos, hus vnd Stadt Retz weder antworden ledech-

lichen ane geuerde. Were is ouch, das fy bynnen der czyt eyns gebow an deme egenanten Slozze beſſerten edder boweten, dat ſullen fy vf an iren ſchaden ſlan- vnd vf vns legen, alſo lange, byſs das wir fy aller redelicher koſte vnd ſchaden entlediget vnd vntrichten haben gentzlichen, als vor geſchreben ſteyt. Were ouch, das dy ſchade groſſer were, den fy genomen hetten, den fy vns redelichen berechen vnd bewiſen mogen, wen vnſer Slos, hus vnd Stadt Retz werdich were, den ſchaden ſollen wir en dar nach eyn halb Jar, wan fy vns manen, vorgutten. Ouch wan wir zu rate werden, das wir vnſer Slos Retz, hus vnd Stadt weder haben wollen, vnd ere redeliche koſte vnd ſchaden vntledigen wollen, daſ ſulle wir yn ein halb jar zu vor zuwitzende tun; des gliches ſullen fy vns weder thuen, wan fy eren redeliche koſte vnd ſchaden, dy fy vns berechen vnd redelichen bewiſen mogen, wollen entlediget vnd abegenomen fyn. Ouch ſal Retz, huſ vnde Stadt, dy wyle dat fy dat inne haben, vnſer ouffen Slos fyn weder alermenlich, nymand vſgenomen, zu alle vnſe notten, vnd fy ſullen vns dar mete warten vnd nymand anders, ane alle weder-ſprake vnd argeliſt. In cuius etc. Preſentibus Theodorico epiſcopo Brandenburgenſi, Guntero comite de lindowe, Jo. de rochow, militibus, Guncelino de Bertenſleuen, Joh. de Buch, Ffredd. de Stegelitze, Joh. de wedel reſidenti in Schyuelbeyn, et aliis pluribus fidedignis. Datum in lieuenwalde, Anno M°. CCC°. LXIX°. ipſo die decollacionis Beati Joannis.

Aus der v. Hackwitz'ſchen Sammlung.

L. Markgraf Otto vereignet zu einer Meßſtiftung in der Pfarrkirche zu Arenswalde vier Hufen und einen Koſſätenhof zu Nowelin, am 21. November 1369.

Noverint univerſi etc. Quod nos Otto etc. ob honorem et reverenciam omnipotentis dei, glorioſe genitricis ſue virginis marie, beati Johannis baptiſte et omnium ſanctorum, nec non ob magnificorum principum predeceſſorum noſtrorum marchionum Brandenburgenſium animarum ſalutare remedium, appropriamus, dedimus, donamus, appropriamus, damus et per preſentes ſolempni donacione donamus religioſis viris fratri Stephano, plebano in Arnswolde, et fratribus conventualibus ibidem ſancti Johannis et hoſpitalis ieroſolymitani ac dicte parochiali eccleſie in Arnswolde ..... proprietatem IIII manſorum et unius coſſati, domorum atque edificiorum in villa Nowelin et in diſtrictu eiusdem ſituatorum cum omnibus juribus, graciis, commodo, honoribus, judicio ſupremo et infimo, cum omni ſervicio, libertatibus et pertinenciis univerſis, ſicut ſtrenui viri Bartolomeus de brederlo et Janeke de hagen a nobis prius in pheodum habuerunt atque poſſederunt, a quibus predicta bona ſuis propriis ..... pecuniis rite et rationabiliter compararunt, in antea a nobis juſto proprietatis titulo quiete et pacifice abſque inpedimento quorumlibet pepetuis temporibus poſſidendam, de quibus quidem manſis, uno coſſato, domibus et edificiis et eorum fructibus plebanus et fratres conventuales predicti in Arnswolde et eorum ſucceſſores ſingulis diebus ſervare et tenere debent unam miſſam pro omnibus fidelibus defunctis ante horam qua celebratur miſſa ſecundaria in eccleſia parochiali civitatis noſtre predicte, ita tamen, quod miſſa de

functis prenotata celebretur in altari siue loco per consules ciuitatis nostre predicte arnwolde plebano ac fratribus conventualibus ibidem tunc temporibus existentibus deputato sive deputando. Renunciantes pro nobis etc. presentibus Hassone de Wedel, milite, Heinrico de Schulenburg, Ghevehardo de Alvensleve, Johanne de Schivelbeyn cum ceteris. Datum Berlyn, anno domini MCCCLXIX. feria IV^a. post elizabet vidue.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 129. und einer v. Hackwitz'schen Abschrift.

LI. Markgraf Otto überläßt denen von Wedel Haus und Stadt Reetz, am 30. April 1370.

Wir Otto etc., Bekennen etc., das wir mit wolbedochten mote vnde mit rate vnses Rades den vesten lutten, Hassen vnd wedigen, Rittern, vnd Titzen, knechte, gebrudere van wedel van vchtenhagen, vnd viuiantz von wedel, irme vettern, vnsen liben getruen, vnd iren rechten erben, vf gelazen vnd geben haben Retz, hus vnd Stadt, mit allen synen zugehorungen, fur dry hundert mark brandenb. suluers, die wir em von rechter schult schuldich weren vnd gelden sollen, mit sulcher bescheidenheit, das sy vnd ere rechten erben das egenante hus vnd Stadt zu Retz, mit alle dem, das dor zu gehort, van vns vnd vnsern nachkomlingen zu eynen rechten lene haben sullen, mit molen, mit zollen, geleite, mit dinste, mit gerichte, mit oberst vnd sydest, mit kirchlene, mit dorflern, mit dorff steten, mit houen, mit hofsteten, mit holtzen, mit heiden, wolde, phuschen vnd bruchen, mit vischerye, mit gacgenden, mit seen, wasseren, stande vnd flissende, mit wesen, weiden, grasen, mit ackeren gewunnen vnd vngewunnen, mit allen rechten, eren, nutzen, fruchten, zinsen, pachten, renten in gelt, mit bete, Betekorne, mit fryheiten, gnaden, gewonheiten vnd zugehorunge, die van rechte dar zu gehorn, also das die selbe hus vnd stad zu Retz vns vnd vnser nakomlingen Marggreuen zu brandenburgk offene Slotz sin sullen zu alle vnsen notten vnd wider allerley menlich, nymant vsgenommen, ewichlichen ane alle geverde vnd ane alle weder rede, forbas von vns etc. In cuius etc. Presentibus Nicolao de bismarke, Curie nostro magistro, Jo. de Schyuelbeyn, Gebh. de aluesleue et Ottone morner, cum ceteris. Datum berlin, Anno domini M°. CCC°. LXX°., feria tercia post dominicam misericordias domini.

Aus der v. Hackwitz'schen Sammlung.

LII. Markgraf Otto belehnt Thile von dem Graben mit dem Angefälle des Schulzenamts zu Arenswalde, am 17. April 1371.

Wir Otto etc., bekennen etc., das wir dem bescheiden manne, Tilen von deme grauen, v. l. g. — gelegen haben — das angeuelle des gerichtes in vnser Stadt arnswolde etc.

— — Presentibus Hassone de vchtenhagen, Gebehardo de aluensleuen, Bernhardo de Schulenburgk, ordinis sancti Joannis Commendatore in Garthowe, militibus etc. Datum Custrin, Anno M°. CCC°. LXXI°., feria quinta ante misericordias domini.

Aus der v. Hackwitz'schen Abschrift.

LIII. Markgraf Otto ermäßigt die von der Stadt Arenswalde zu leistende Urbede, am 17. August 1372.

I. Wir Otto etc., bekennen etc., dat wi mid rate vnses rades den erbarn wisen Luten den ratmannen der stad zu Arnswolde, vnsern liben getruen, die nu sint vnd hirna tho kommende sind, vnd der gantzen stad gemeynelich, durch erer getruer dinste willen, die sie dicke vnsern Brudern seligen gedechtnisse vnd vns vor andern vnsern stedten getan haben vnd noch tun sollen vnd mogen, vnd dat sie ire stadt desto bat gebesseren vnd beuesten mogen vnd sollen, so tane gnade getan haben vnd tun mid desem briue, dasz wir en ledich vnd fry geben czwentzik marck Brandenburgisch suluers von vnser ierlichen plege vnd orbar darselbest ewichlichen vnd ymmer, also das sie vns vnd vnserm erben vnd nachkomen vortmer ewichlich nicht mer scholen pflichtigk seyn zu geben zu rechter orbar jares, wen sechzick marck Brandenburgisch suluers: vnd darby sullen sie wir behalden vnd bliben lazzen. Des zu eynem gantzen Orkunde haben wir vnsern yngesegel an dissen briff hengen. Hir obir sind gewest dye vesten Lude Hanse von Wedel von Valkenburg, Heinrich von Wedel, Cummentor zu Lagow in sante johannis Orden, Otto Griffe von Griffenberg, vnse hofemeister, Bernd von der Schulenburg, vnser Camermeister, ritter, Otto Morner, vnse Houerichter, vnd her henrich pferner zu der kyritz, vnser schriber, vnd ander erbar Lute genug, den wol zu geloeben ist. Datum Arnswolde, anno domini MCCCLXXII., feria III. in die assumpcionis marie virginis.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geheimen Staatsarchives f. 128.

II. Wir Otto etc. Bekennen offenbar vor vns vnd allen vnsern erben vnd nachkomen, das wir mit rate vnsers rates den erbarn wisen luten, den ratmannen zu Arnswolde, vnsen liben getruen, die nu sint vnnd hernach zukommende sind, vnd der gantzen stadt gemeynichlich, dor irer getruer dienste willen, dy sie diken vnsem bruder seliger gedechtnisse vnd vns vor ander stete getan hebben, so tane gnade getan hebben vnd tun mit diszen briue, das wir en ledig vnd frye geben XX marck Brandenburgisch suluers vnser ierlichen plege vnd orbar darselbest ewichlichen vnd ymer, das sy vns, vnsern erben vnd nachkomen vor die ewichlichen nicht mer schollen pflichtig zu geben zu rechter orbar zu geben, wenne sechczik marck Brandenburgischen suluers zu pflege vnd zu orbar des iares vnd dar by sullen wir sy beholden vnd bliuen lazzen. Des zu Orkunde etc. presentibus Hassone de Falkenburg de Wedel, Hinrico de Wedel, commendatore in Quartzen, Ottone Griffen, magistro curie, Bernhardo Schulenburg, Ottone Morner,

iudice curie, et Hinrico, plebano in Kiritz. Actum Arnswolde, Anno domini MCCCLXXII. feria III poſt feſtum aſſumpcionis beate virginis.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geheimen Staatsarchives f. 294. und v. Hackwitz'ſcher Abſchrift.

LIV. Markgraf Otto belehnt Hermann und Matheus von Heinsberg mit einem Theile des Holzes Schlagenthin, im Jahre 1372.

Wir Otto etc., bekennen etc. das wir mit wolbedachten mute vnd mit rate vnſes rates den Beſcheiden Hermen vnd Matheus von Heinſzberg, Brudern, vnſen liben getruen, Burgeren zu Arnſwolde vnd eren rechten erben mit eyner ſampten Hand gelegen haben vnd lien ouch mit diſem briue eyn teil an dem holtze tu Slauentin mit alle eren, rechten, nutzen, fruchten, friheiten, gewonheiten vnd gnaden, mit aller redlicheit vnd zubehorunge, dy von oldir darzu gehort haben vnd noch etc. vnd als ſie es von Hennige wegen eren vettern redlichen gekouft haben vmme ire phennige vnd als iz derſelbige ynne gehabt hat vnd beſeſſen, vor bas von vns etc. In cuius etc. preſentibus Haſſone de Vchtenhagen, Haſſone de Falkenburg, Ottone Griffen. Datum Arnswolde, Anno MCCCLXXII.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geheimen Staatsarchives f. 265.

LV. Markgraf Otto verpfändet der Stadt Arenswalde die Hebung der Urbede, am 17. Auguſt 1372.

Wy Jurge vnd Barnym, gebrueder, van godes gnaden Hertogen tho Stettin, pamern, der Caſſuben vnd whenden Fürſten tho Rhügen vnd Grauen to Gützkow, Bekennen In diſſem vnſem apenen breue vor vns, vnſze eruen, nakamende Herſchop vnd ſzus vor allermennichlick, de ehn ſehenn, horen edder leſzen, Dath an vns gelanget ſyndt de werdigen vnd geiſtliken Junckfrowen, Gerdrudt Smelinges, Abbatiſſa, vnd Armgadis goltzen, prioriſſa des klofters Retze, van wegen eres gantzen Conuentes Demodiges vlites biddende, wy wolden ehn de gudere, So ſze de van den gunterſzbergen an der veltmarke Stauenow vnd anderſzwohe auerkamen ſyndt, na vormoge der kopbreue, vnd ock vnſer olderen vnd vorfarigen ſeliger vnd milder gedechtnus breue, En vnd Erem kloſter, darauer gegeuen, Gnedichlicken Confirmeren vnnd beſtedigen, En ock de furder vor Eygendhomen, deſzgelyken ſze vns ock wider gebeden, Se vnd ere kloſter mith dem Deyle vnd gerechticheit derſuluigen veltmarke Stauenow, So durch vorſteruen Hans van gunterſzberch ſeligen an vns vorfallen, gnedichlick tobegifftigende, vnder anderm hebben wy angeſehen Gedachter Junckfrowen demodige vnd vlitige bede, Sampt erem vnd eres Conuentes jnnigem vnd Andechtigen gebeth gegen goth vnd tho ſunderlicker meringe gades denſtes vnd Confirmeren vnd Beſtedigen vnd voreygendhomen en ſolcke bauenſchreuen guder, wo ſze de van oldinges gehat vnd gebruketh, Inn vnd mith Crafft vnd macht diſſes vnſes breues. Desgelykenn gheuen vnd voreigendhomen wy en dathſuluige andeel vnd de gerechticheit, So van Hans Gunterſzberch ſeligen an vns gekamen, vthgenamen yme Stauenow den Acker, de Dorpſtede genometh, vnd de weſze, de ſick Hans vann Gunterſzberch van oldinges gebruketh hefft, Sampt der Graſinge effte Wede vnd de Jacht, Sodanth wy vor vns beholdenn. Sus ſcholen ſze allenthaluen de gudere hebbenn, beſzitten vnd geneten mith allen gnaden vnd Rechten an landtmede, Holtinge, Honnichpechte, Sampt twen Sehen vp den Stauenow vnd de Borchweſe, mith dem acker hinder deme kloſter bolegen, vnd wath wy en van gnaden vnd rechtswegen an ſülcken guderen allenthaluen Confirmeren, Beſtedigen, vorligen, gheuen vnd voreigendhomen mogen, Nichtes vthgenamen, ane geuerhde, vnſer herlicheiden vnnd eins jedern gerechticheit vnſchedelick. Tho Orkunde mith vnſen Ingeſegeln vorſegelth, Gegeuen tho Stettin am Dage Bartholomei apoſtoli. Anno etc. XV^{c}. vnd XXIIII°. Hirby, an vnd auer ſyndt geweſeth vnſe Redere vnd leuen getruwen Degener Buggenhagen, Ridder etc., Viuigentz van Eckſtede, Erffkemerer, Jacob Wobiſer, vnſze Cantzler, Er Nicolaus brun, Dhomherre tho Cammyn vnnd Stettin etc.

Aus einer Mittheilung des Freiherrn von Medem.

LXXX. Markgraf Johann überläßt der Stadt Arenswalde die dortigen Mühlen und ordnet die Zwangsmahlpflichtigkeit, am 30. Mai 1549.

Von gottes gnaden wir Johanns, Marggraf zu Brandenburg etc., bekennen offentlich — daſz wir vnſern lieben getreuen Burgermeiſter vnd Rathmannen vnſer Stadt Arenswalde vnſer beide Mühlen, ſo wir daſelbſt die eine in der Stadt, die ander zwiſchen beiden Thoren gelegen, mit allem Rechte vnd Gerechtigkeiten zu genieſzen vnd zu gebrauchen, inmaſzen Vnſer vorige Hofmeiſter zu Arnswalde, Ludewig Braſzke, dieſelben inne gehabt vnd genoſſen, ihnen haben zugeſtellt vnd eingeräumt. Dagegen ſollen vnd wollen ſie vnd ihre Nachkommen alle Jahr jährlich zwei vnd dreiſzig Winſpel Maltz oder Gerſte vnd achtzehn Winſpel Roggen, jegliches halb auf Walpurgis vnd die andere Hälfte auf Martini hinfuro ſamt der hinterſtelligen verſeſſenen Pacht geben — vnd ſollen in ſolche Mühlen zu mahlen verpflichtet ſeyn alle vnſere Einwohner zu Arnswalde vnd die Einwohner der beiden Dörfer Schönefeld vnd Sammenthin: vnd der jemals von denſelben Einwohnern betreten, daſz er in eine andere Mühle fahren wurde, der ſoll zu jeder Zeit vmb Wagen, Pferde vnd das Getreyde gepfändet werden, dauon vns, vnſere Erben obgenannte Wagen vnd Pferde vnd dem Rathe oder ihren Nachkommen das umbgetriebene Korn folgen ſollen: Auch ſoll der Rath die beiden Mühlen im weſentlichen Bau erhalten vnd die, ſo ofte es zu Fall kommt, zu geburlicher Zeit zu Lehn ſuchen, empfangen vnd beſtätigt annehmen, getreulich ohne Gefährde. Zu Vhrkund etc. zu Cuſtrin, Donnerſtag am Tage der Auffahrt Chriſti, nach Chriſti — Geburt der weniger Zahl XLIX.

Nach einer neuern Copie.

LXXXI. Markgraf Johann übergiebt dem Rath und der Stadt Arenswalde die Feldmark Friedeberg, die zum Amte Marienwalde gehört hat, am 18. Dezember 1549.

Von gottes gnaden wier Johanns, Marggraf zu Brandenburg etc. — Bekennen — Nach dehme vnſz vnſer lieben getreuen Burgermeiſter vndt Rathmannen Vnſerer Stadt Arenswalde Vnderthäniglichen vorgebracht, welcher maſzen Sie vndt gemeine Stadt eine Zeithero mangell an holzungen erlitten, mit Vnterthäniger Bitte, das wir Sie mit einem orth heiden vndt holzungen, als nemblich der Feldtmarck Freudenberg gnädiglichen Zue begnaden geruheten, daſz wir darauf in anſehen ſolcher ihrer nothdurfft vndt bitt (weil Sie Vns auch die Arnswaldiſche heyde, welche hiebeuorn Zue berürter Stadt Arnswalde behörig geweſt, mit allen ihren nuczungen, hoheiten vndt gerechtigkeiten, nichſten ausgenommen, Zue Vnderthänigem gefallen eingeräumet vndt Vbergeben, Auch darauff alsbaldt hieruber ihre briefflliche Vhrkunden Zugeſtelt vndt behendiget), gedachter vnſerer Stadt Arnwalde vf folgende maſz vnſer Feldtmarck Freudenberg mit allen gnaden vndt Rechten Zugeſtelt vndt übergeben haben, beſcheidentlich vndt alſo, das Sie dieſelbige

gebrauchen mögen, mit holzungen vndt Honig pechten, Inmaſzen wir ſolche genoſſen, gebraucht oder hatten gebrauchen mögen. Jedoch Ziehen wir vns vndt behalten vns auf ſolcher Feldtmarken beuor allein die Hoheit der Jagd vndt die Servitut vnſeres dorffes Schwackewalde, ſo Sie auf ſolcher Feldtmarcken gehabt, als nemblich Frey Heugraſz Zu megen, Frey hütunge, Frey Fiſcherey auf dem Phuel vnd Sehichen vf ſolcher Feldtmarck belegen, Frey Raff vnd Brennholz, doch auſzgenommen Kein grün oder ſtehendt Eichen- oder Fichtenholz Zu brennen, Frey Landtmiete, So Sie izo oder vffs Künftige auf ſolcher Feldmark gewinnen, Dergeſtalt behalten wir vns vor, das die von Sammenthin frey truge holz vndt Kien auf ſolcher Feldmarck haben ſollen, auch holen vndt gebrauchen mögen, an ſolchen gemelten gerechtigkeiten ein Rath von Arnswalde die Vnſeren mit nichten beengern, Vorhindern, noch Moleſtiren ſoll, in Keinerleywegs, noch ſolches durch andere Zuthun geſtatten; Vber das hat vns auch gedachter Rath vndt gemeine Stadt Zu vnterthänigem gefallen vndt Danckſagung noch gegeben vndt gewilliget, weil vnſere dorfffchaft Zülfsdorff vorhin in ihre Mühlen Zue Mahlen von vns gewieſen vndt Verordent geweſen, daſz dieſelben hinfürder anderer örther vnſerer gelegenheit nach, wo wir die hin Verordnen werden, Zu Mahlen von Ihnen Vnverbunden ſein ſollen, Vndt wir, Vnſer Erben vndt nachkommen Voreignen vndt ſtellen vnſern lieben getreuen Burgermeiſtern, Rathmannen, Inwohnern der Stadt Arnswalde ſolche vnſere Feldtmarck Freudenberg, wie die in Ihren grenzen vmbfangen, obigern geſtalt eigenthümblichen Zue mit allen rechten vndt gerechtigkeiten, in Kraft vndt macht dieſes brieſes, von Landesfürſtlicher macht vndt Obrigkeit wegen, Inmaſzen wir die ſelbſt gebraucht, genoſſen oder hatten gebrauchen mögen, vndt behalten vns in dehme nichts mehr Vor vndt Frey, dann wir ferner gemeldet, Alſo vndt dergeſtalt, daſz Sie dieſelbe ſonſt hinfürder Zue ewigen Zeiten für vndt für, alſz Ihr vndt gemeiner Stadt frey eigen gut, grundt vndt Boden, ohn vnſer, Vnſerer Erben, Erbnehmen vndt Nachkommen Marggraffen Zu Brandenburgk oder ſonſten Jedermänniglichen hinderung Innehaben, Nuczen, Nieſzen vndt gebrauchen, Auch Ihr vndt gemeiner Stadt Frommen, Nucz vndt beſtes damit Zue ſchaffen, thun vndt laſſen, haben ſollen vndt mügen, Dabey wir vnſere Erben vndt Erbnehmer, auch Nachkommende Marggraffen Zue Brandenburg von Obrigkeit wegen, gedachten Rath vndt gemeine Stadt Arnſzwalde auch Zue jederzeit ſchüczen vndt handthaben ſollen vndt wollen, getreulichen vndt Vngefehrlichen. Zue Vhrkundt haben wir vnſer Inſiegell wiſſendlich an dieſen Brief hengen laſſen. Geſchehen Zu Karczigk, Mittwochs nach Lucie, Vnſers lieben herren vndt Seeligmachers geburth Im funfzehenhundert vndt Neun vndt Vierczigſten Jahre.

Nach einer alten Copie.

LXXXII. Markgraf Johann findet Kloſterjungfrauen zu Reetz mit ihren Anſprüchen auf das Kloſter ab, am 13. Juli 1552.

Von gottes gnaden wier Johannes, Markgraff zu Brandenburg — Bekennen — das wier der Erbar Vnſerer Lieben getrewen Jungfrawen Sophien Voltzkyner, ihren Erben oder Erbnehmen, vndt wer dieſen Brieff mit ihren wiſſen vnd willen innehalten wirdt, von wegen

einer ſondern behandelunge, ſo wier mit ihr vndt ander Kloſterjuncfrawen im Kloſter Reetz vff Mannigfaltig ihr vnterthenig anſuchen vndt bitt in anſehunge allerley beſchwerungen vndt obliegen, ſo ihnen doſelbeſt fuergefallen ſein ſollen, Vnd domit dieſelben einmahl vfgehoben vnd ſie gleich andern von ſolchen Kloſterguetern abgehandelt, auch daruon ihre vnterhaltunge haben vnd derenthalben gentzlich vorgenüget vnd zufrieden geſtellet ſein möchten, Einhundert gulden bahr vbergegeben haben vnnd noch ferner dorauff einhundert gulden Müntz Landeſzwehrunge auſz den gefellen vndt hebungen der gueter, ſo zum Kloſter Reetz behörigk, ſchuldigk blieben ſeindt, Bereden, zuſagen vnnd verſprechen hiemit, krafft ditz vnſerm Brieffe, daſz wier gedachter Jungfrawen Sophia Voltzkynnen, Ihren Erben, Erbnehmen oder wiſſentlich getrewen brieffes innehabern ſollch ein hundert gulden Jerlichen vff Johanniſz Baptiſte kunfftigk, wen man der weniger zahl drey vnd funftzigk ſchreiben wirdt, domit anzufahen, mit ſechs gülden auſz bemelten Cloſterguetern vndt aufhebungen vorzinſen laſſen wollen, Welche Zinſe ihr vnnd ihren mitbenanten von vnſern befehlichhabern vnnd Verwaltern deſſelbigen Cloſters iederzeit ohne einigen einhalt vff itztbeſtimbten Termin alle iahr, alſz lange wier ſollche hundert gulden bey Vnſz haben werden, gewiſzlich folgen vndt entrichtet werden ſollen. Wehre eſz aber ſache, das gedachte Jungfraw oder ihre mitbeſchriebenem vnnd getrewe brieffes innehabere dieſer heuptſumma der Einhundert gülden Ihrer Notturfft vnnd gelegenheit nach ſelbeſt bedürffen vnnd die lenger bey Vnſz nicht wolten ſtehen laſſen, So ſollen ſie iederzeit guete macht vndt gewaldt haben, Vnſz dieſelbigen ein halb Jahr voor der Zinſzeit alſz vff Weinachten zuuor vffzukündigen, Vndt nach ſolcher beſchehenen vffkündigunge ſollen vndt wollen wier oder vnſere Erben vnd nachkombende Marggraſſen zu Brandenburg ſchuldigk vnd pflichtigk ſein, der ermelten Jungfrawen, ihren Erben oder Brieffesinnehabern vff negſtfolgenden Johanniſz Baptiſta darnach ſolche hundert guelden ſambt den verſeſſenen Zinſen in bemeltem Kloſter Reetz durch vnſern befehlhaber doſelbeſt gewiſzlich vnd vollkömblich zuentrichten vnd zuebezahlen. Vndt ſoll bemelte Jungfraw mit ſolchen hundert guelden, ob wier Ihr die nach beſchehener aufſſage, wie itztgemelt, würden ablegen laſſen, oder aber, da die bey vnſz die Zeit ihres lebenſz über ſtehen blieben, alſz den ihre Erben, Erbnehmen oder weme ſie ſolchen geldt beſcheiden oder geben würden, alſz mit ihrem eigenen guthe zu thuen vndt zu laſſen, daſſelbige ihres gefallens anzuwenden haben, Deſſen haben wier obgedachter Jungfrawen vndt Ihrer mitbeſchriebenen Vnſere Lieben getrewen Burgermeiſter vndt Rathmannen Vnſer Stadt Arnſzwalde Zue rechten, wahren vndt ſelbſchuldigen Burgen geſetzt, Vndt wir Burgermeiſter vndt Rathmanne Zu Arnſzwald Bekennen vor Vnſs vnd alle Vnſere nachkombenden, das wier in ſollchs ſelbſchuldige Burgſchafft vff hochgedachtes Vnſers gnedigen furſten vnd herrn Marggraff Iohanſen zu Brandenburg gnediges Begehren gutwilligk eingelaſſen, Verpflichten Vnſs auch hiermit Gegenwertiglichen für Vns vnd alle Vnſere nachkombenden bey Vnſerm trewen vndt glauben, Da ſichs Zutrüge, das hochgemelte Se. Gnaden oder derſelben Erben vnd nachkommen, an ſolcher Zahlunge der haubtſumme oder Zinſe, welches doch gahr Keineswege ſchehen wirdt, ſeumig befunden, daſz wier alſzdan der bemelten Iungfrawe Sophia Voltzkynnen oder ihren benanten ſolche Summe der hundert gulden, ſambt der darauff gelauffenen Zinſen, ein Viertelljahr nach der Zinſszeit, alſz vff Michaeliſz, darnach von Vnſern gefellen vnd Einkommen ſelbeſt, ohne einigen abgang auſzflüchte oder behelff erlegen vndt bezahlen ſollen, Alleſz getrewlichen vndt ohne einige gefahr. Deſz zu Vhrkundt vnd ſteter veſter haltunge haben wir Marggraff Johanns zu Brandemburg Vnſer Secret, Vnd wir Burgermeiſter vnd Rathmann der Stadt Arnſzwalde Vor Vnſs vnd alle Vnſere

nachkomende Vnſer Stadt Inſiegell an deſſen Brieff wiſſentlich aufdrücken laſſen. Geſchehen vndt gegeben Zue Cüſtrin, am tage Margarethe, anno etc. der wenig Zahl im Zwey vnd Funfzigſten.

Nach einer gleichzeitigen Copie. Ein gleichlautender Vertrag wurde an demſelben Tage mit „Jungfrawen Annen Kanckelwitzin" geſchloſſen.

LXXXIII. Aebtiſſin, Priorin und der Convent des Kloſters Reetz übergeben das Stift mit ſeinen Gütern und Urkunden dem Markgrafen Johann, am 26. Juli 1552.

Wir Dorothea Borcken, Abbatiſſa vnd Sophia von dem Borne, Prioriſſcha deſs Jungfrawen Cloſters Reetz, vor vnſs, auch im Nahmen vnd von wegen der gantzen verſamblung — Bekennen — Als wir auſs allerley obliegen vnd beſchwerunge, ſonderlich aber von wegen Alterſs vnd vnuermogenheit vnſerer Leibe, damit der mehrertheils vnter vnſz belahden, bey vnſs vermercket vnd befunden, daſs vns nunmehr faſt beſchwerlichen, ja auch vnmöglichen ſein wolte in die länge deſs Cloſterſs Güter zuuorwalten vnd derſelben alſo hinfurder nach gnugſahme gebure, wie eſs woll die Notturfft vnd gelegenheit derſelben erfördern thette, vorzuſtehen, Daſs wir demnach einhelliglich vnd in gemein ſämbtlich fur gut anſehen, dieſe vnſere beſchwerden an den durchleuchtigen hochgebornen Furſten vnd herren, herren Johanſen, Marggraffen etc. — zugelangen, vnd S. f. G. embſſiges fleiſſes mit demuht vnterthäniglichen zu erſuchen, zu bitten, daſs S. f. G. vnſs ſolcher ſchwerer hauſshaltung gnädiglich endheben, die zu f. G. verwaltunge nehmen vnd vnſs vnſern vnterhaldt darauſs mit gnaden vorordnen woltten. Auff welches alleſs S. f. G. ſich gnädiglichen vnd furſtlichen erzeiget, Vnſs auch mit vorſorg vnd vnterhaldt alſo vorſehen, daſs wier S. f. G. ſolches in aller Demuht vnterthäniglich danckbar ſeindt vnd gegen gott verbitten wollen. Bekennen demnach, daſs wier auff ſolche getroffene vergleichunge S. f. G. frey, gutwillig ſolcheſs Cloſter zuegeſtellet vnd ubergeben haben, Cediren vnd ubergeben ſolcheſs S. f. G. inne zu haben vnd zugebrauchen, inmaſſen wir ſolcheſs inne gehabt vnd gebrauchet oder hetten genieſſen vnd gebrauchen mogen. Vnd zue ſolcher behueff vbergeben wir S. f. G. wiſſendlich vnd mit wolbedachtigen gemütte ohne einigen gezwang alle fundaciones, furſtliche vnd ander begnadunge, wie die nahmen haben etc. — Geſchehen vnd gegeben zue Reetz, am Dinſtage nach Jacobi, Anno MDLII.

Aus einer alten Copie.

LXXXIV. Die Stadt Arenswalde vergleicht sich mit dem Kurfürsten wegen der Abtretung ihres Vorwerkes zu Schönfeld, am 26. August 1576.

Zuwissen, alss nach tödtlichem Abgang des durchleuchtigen hochgebornen fursten vnd herrn, herrn Johansen, Marggraff zu Brandenburgk etc. Loblicher gedechtnus, Das newe Vorwerk Schönefeldt, sambt allen gebeuden vnd aller anderer Zubehör besage eines vertrags, welcher zum Soldin, freytags nach Borchhardi, Anno etc. LXI. aufgericht, dem Rath vnd gemeiner Stadt Arnfzwalde heimgefallen vnd zukommen, Vnd aber berurt Vorwerk hiebeuorn zum Ambt Reetz geschlagen, Vnd eine gute Zeit daselbst hingebraucht worden, dafz darauff eruolget, Das der durchleuchtigste, Hochgeborne Furst vnd Herr, Herr Johans George, Marggraff zu Brandenburgk, des heyligen Römischen Reichs Erzkämmerer vnd Churfürst, zu Preufzen, zu Stettin, Pommern, der Cassuben, Wenden vnd in Schlesien zu Crossen Herzogk, Burggraff zu Nürnbergk vnnd fürst zu Rügen etc., Vnser gnedigster Chur- vnnd Landtfürst, bey dem Rath vnnd gemeiner Stadt Arnfzwalde gnedigst gesucht, Ihren Churf. g., derselben Erben vnd nachkommende Marggraffen zu Brandenburgk etc. berurt Vorwerk mit aller seyner Zubehör an Eckern, Beylanden, Wiesewachs, holzungen, Trifften, Huttungen, Diensten, gebeuden vnd allem andern, nichts Vberall dauon aufzgenohmen, wie es eine gute Zeithero genuczt vnd gebraucht worden, kegen geburlicher wiederstattung erblichen vnd eigenthumlichen abzutreten, zu vbergeben vnd bey S. Churf. G. Ambt Reez Vorbleiben zu lassen.

Ob nun woll vom Rath vnd gemeiner Stadt Arnfzwalde I. Churf. G. suchen eine Zeitlang in Bedenken gezogen worden, So hat doch ein Rath der Stadt Arnfzwalde, in erwegung, das die Beschickung berurts Vorwerks nicht ohne sondere mühe vnd grofzen vncosten sein würde, vnd das auch sonsten allerhand vngelegenheiten mit einfallen konten, mit Vorwissen der Vier Gewerken vnd der ganzen Gemeinde höchst gedacht Ihren Churf. g., derselben Erben vnd nachkommenden Marggraffen zu Brandenburgk etc. Solich neu Vorwerk Schönfeldt, mit allen seynen ein vnd Zubehörungen, wie Vorstehet, Erblichen vnd Eigenthumlich Vndertheniglichen vnd gutwillig abgetreten vnd vbergeben.

Hinwiedervmb aber Zuergenzung vnnd wiederstattung desselben haben I. Churf. g. dem Rath vnd gemeiner Stadt Arnfzwalde zum besten, den Vnterthanen des Dorfs Granow die Ackerbaue vnd Vorwerks dienste, so sie bisz dahero Zum Vorwerk Schönfeldt gethan vnd geleistet, (Doch auszerhalb gemeiner Landedienst vnd Fuhren, welche sich I. Churf. g. beuohr behalten), gnedigst erlassen. Ihre Churf. g. haben auch dem Rath vnd gemeiner Stadt Arnfwalde die sechzehen Winspell Grofze gerste, So sie Jerlich zur Mühlen Pacht geben, Erblich vnd Eigenthumblich gnedigst schwinden vnd fallen lassen, Die vbrigen sechzehen winspell aber sollen sie an guter Vrbanj Gersten, wie die vor Arnfzwalde wächst, neben den andern ihren muhlen Pachten etc. auf die gewönliche vnd hiruorige Termine, richtigk erlegen vnd einantworten. Ingleichen haben auch I. Churf. g. gnedigst gewilliget, das nach aufzgang Zweyer Jahr gemeiner Stadt Arnfzwalde die Feldmarke Freudenbergk, der grafung, hüttung vnd holzung, so die von Schwackenwalde vnd Sammetin darauf haben, befreyet Vnd also gemeiner Stadt Arnfzwalde Eigenthumblich, vnbeschweret vnd frey sein vnd bleiben soll, vnd wollen I. Churf. g. die von Schwackenwalde mit der Grafung vnd hüttung in andere wege Vorgunnen, auch die Von Sammetin der holzung halben an andere örtter anweisen lassen.

Der Schafftrifft vnd hüttung des Viehs Zu gemeltten Vorwerk, soll man sich allenthalben, so woll auf dem Hohenbruch vnd andern örttern, da man sich derer bey Zeit vnd leben Marggraff Johansen etc. Löblicher gedechtnus vnd bisz dahero gebraucht, nochmalss vngehindert derer von Arnszwalde geruiglich gebrauchen vnd betreiben, Die örter aber im Hohenbruch, da jerlichen das holz gekawelt vnd abgehawet wirdt, sollen auf vorgleichung vnd anordnung des izigen Oder kunftigen Haubtmans zu Reez vnd derer von Arnszwolde so lange verschonet bleiben, bisz das holz So weit wieder aufgeschlagen, das es von dem Vieh nicht mehr geachtet oder abgehutet werde, Vnd seind also I. Churf. g. berurtes neuen Vorwerks Schönfeldt halben mit der Stadt Arnszwalde gnedigst, Vnd die von Arnszwalde hinwiederumb mit I. Churf. g. vnderthenigklichen, wie vorstehet, Erblichen vnd eigenthumlichen Zu grunde Vertragen vnd vorgleichen. Dieses alles zu mehreren vrkundt, Stedter vnd vehster vnuorbruchlicher Haltung, Ist dieser Vortragk eines lauts gezwifacht vorfertiget vnd ieder mit hochstgedachtes vnsers gnegigsten Chur vnd Landtsfürsten Secret Vnd mit der Stadt Arnszwalde gewönlichen Siegell becrefftiget, Dauon I. Churf. g. ein Exemplar bey I. Churf. g. Cammer Zu Cüstrin behalten Vnd verwahren vnd das ander dem Rath von Arnszwalde zustellen lassen. Geschehen Zur Jegerszburgk, den XXVI. Monats Tagk Augusti, der weniger Zahl Anno etc. LXXVIsten.

Nach einer alten Copie.

LXXXV. Kurfürst Johann George privilegirt die Schützengilde zu Reetz, am 18. August 1594.

Wir Johans George, von gottes gnaden Marggraff zu Brandenburg, des Heyligen Römischen Reichs Ertzcämmerer vnd Churfürst etc. — Vor vnns, vnsere Erben vndt nachkommen Marggraffenn vnnd Churfürsten zu Branndenburgk, Bekennen Inn vnnd mit diesem vnserm offenen Brieffe kegen mennigklich, Nachdem vnns Burgermeister vnd Rathmanne der Stadt Reetz in vnser Newmarcke vnterthenigk zu erkennen gebenn, wie ihre Burgerschafft enndtschlossenn eine Schutzzengülde, mit langen Röhrenn nach der Scheibe zu schiessen, anzurichten, vnnd demnach vnterthenigk gebeten, Weill wir aufz der Stadt Reets Stewer, Schöffe vnnd Ziese zu hebenn hettenn, wir wolten Ihnen Zu gnadenn von denselben solcher ihrer Schützengülde jehrllich ettwas zuwendenn vnndt sie damit befreyhenn, damit ein Jeder desto mehr Lust hette, sich Inn schiessenn zu vben vnnd inn vorfallender gelegenheit zur Wehr vnnd Ernst zu gebrauchen sein möchte; Alsso habenn wir darauff diese bewilligung gnediglich gethan, Das wenn sie jehrlich einmahl ein gemein Schiessen haltenn, der, welcher inn solchem Schiessenn nach der Scheibe das beste thun vnnd den bestenn Gewinst daruon bringen wirdt, dasselbige Jahr aller Schöffe vnnd Stewer befreyet sein soll, Jedoch das solches an der Herrschafft Summen nicht abegekürtzt, Sondern von dem Vberschoss, welcher der Rath behelt, abegezogen werde. So soll auch derselbe solch Jahr vber vonn Acht Gebrawenn der Alten Bierziese, als von Jederm gebrewde Ein vnnd Zwannzigk Silbergroschenn endthobenn vnnd befreyhet sein, die wir dann an solchen vnsern Alten Ziesesummen abgehen lassen

wollen. Sonſten mugen ſie ſich im Jahre, wenn es ihre gelegenheit iſt, zum öfftern mit ſchieſzen nach der Scheybe in der Wochen oder auff den Feyertagen vben, wie ſie ſich deſſen vnter einander vorgleichen werden, vnnd ſollen die Ordnung mit ſolchem Schieſsen halten, wie es Inn andern vnſern Stedten gebreuchlich vnnd gehalten wirdt. Do auch derſelbe, welcher inn dem gemeinen Schieſsen Jehrlich das beſte thun würde, kein Braw Eigenn hette, ſoll er die Befreyhung vber die Acht gebrewde Bier einem andern zuuerkeuffen vnnd Abezutretten macht haben, vnnd ſollen ſich auch alſo vben vnnd mit guten langen Röhren, Kraut vnnd Loth jederzeit woll gefaſt halten, Damit wir ſie Inn fürfallender gelegenheit zur Folge zu gebrauchen haben mugen. Vnndt wir befreyhen vnnd begnadigen Sie die Schützengülde zu Reetz inn allermaſzen, wie obſtehet, himit vnnd Inn Krafft ditz vnſern Brieffes. Zu mehrer vrkundt vnnd bekreffligung haben Wir vnſer Daum Secret an denſelben hengen laſſen. Geſchehen vnnd geben zur Jegersburg, Sontages nach Aſcenſionis Marie, Nach Chriſti vnſers einigen Erlöſers vnnd Seligmachers Geburt Ein Tauſent Funff hundert vnnd Im Vier vndt Neuntzigſten Jahre.

Nach dem Originale im Beſitze der Stadt Reetz.

II.

Berlinichen, Lippehne und Bernstein.

I. Herzog Barnim von Pommern vergleicht sich mit dem Bischofe Hermann von Camin über die Grenzen der Lande Stargard und Massow, Pyritz und Lippehne, am 16. September 1249, aus Herzogs Warteslav's Bestätigung, vom 8. März 1321.

Wartislaus, Dei gracia Slauorum, Cassubie, Pomeranieque Dux, omnibus presencia visuris seu audituris, salutem in omnium saluatore. Noscant vniuersaliter singuli ac singillatim vniuersi, nos vidisse et audiuisse literas domini Barnym, aui nostri karissimi, et domini Hermanni, Caminensis ecclesie Episcopi, felicis memorie, non cancellatas, non corruptas nec in aliqua sue parte viciatas, de verbo ad verbum hunc tenorem continentes:

Hermannus, Dei gracia Caminensis ecclesie Episcopus et Barnym, eadem gracia Dux Slauorum, omnibus in perpetuum. Notum sit vniuersis, quod nos de consilio fidelium nostrorum super limitibus terrarum Stargart et Massow, Piritz et Lippene et decimis quarundam villarum, cuiusdam pecunie summa in thelonio Stetin, super impeticione opidi Vkremunde et quibusdam rebus aliis anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo nono, in die sancte Eufemie virginis, in opido Demyn concordauimus in hac forma: Limites terrarum Stargart et Massow iuxta priuilegiorum super hiis confectorum continenciam dirigentur. Super limitibus vero Piritz et Lipene est condictum, quod duodecim milites et quatuor clerici in die sanctorum Simonis et Jude apostolorum super limites conueniant ad distiguendum easdem. Item super tercia parte decime terre Vitekow Theodericus de Leyne, Conradus Cleft, Hinricus de Mufzin, Rodolfus Munt per fidem suam dubium amputabunt. Item dimidiam decimam ville Nisgriwe dominus Barnym suo iuramento si voluerit obtinebit. Item triginta marcas denariorum, quas habet dominus Episcopus in theolonio Stetin, iure feudali porriget domino Barnym cum opido Vkremunde. Item pro impeticione centum chororum eidem contulit in feodo decimas villarum Reynekendorp et Nigenkerken. Item dominus Barnym habebit in terra Hufzanam centum mansorum decimas in vno tractu. Item dominus Barnym per totam terram Wstrosun habebit duas partes decimarum tam collatarum, quam absolutarum, terciam vero Episcopus retinebit, quas tam spirituali iure quam seculari brachio repetere mutuo se iuuabunt. Item dominus Episcopus et Canonici Caminenses cum sua familia naulum in omnibus passagiis non persolvent. Item quicquid continent priuilegia vtriusque tam in cultis quam in non cultis, stabit inte-

grum et illesum. Testes huius ordinacionis sunt Hinricus comes de Keuerberch, Adolfus Decanus et Mauricius Canonicus ecclesie Caminensis, Theodericus prepositus Colbergensis, Gherardus scolasticus Gustrowensis, Wihardus Abbas de Vznam, Conradus Cleft, Hinricus de Mussen, Borchardus de Verden, Rodolfus de Nienkerken, Gotfridus aduocatus in Piriz, Bolco Scerf, Conradus de Massow milites et alii quam plures clerici et milites.

Nos igitur nostrorum predecessorum vestigiis inherentes, cultum divinum in dicta Caminensi ecclesia cupientes adaugere, omnia predicta et quotlibet premissorum nostra voluntate vltronea confirmamus, donamus de novo et ratificamus, volentes ea perpetuis Temporibus inviolabiliter pro nobis, heredibus et successoribus nostris obseruare. Vt autem omnia et singula infrascripta maneant illibata, nostrum sigillum presentibus duximus appendendum. Testes huius rei sunt Henningus Bere, noster marescalcus, Johannes Stenwer, Theodoricus Scerf, Vlricus Kedinc, milites et nostri consiliarii, Magister Conradus, Caminensis ecclesie canonicus et curie nostre notarius et Johannes de Swanebeke, Colbergensis ecclesie canonicus. Datum et actum Camin, Anno domini MCCCXXI°., octavo idus Marcii.

Nach dem Caminschen Copialbuche des Pommerschen Provinzial-Archives.

II. Hermann, Bischof von Camin, verkauft das Land Lippehne den Markgrafen Johann Otto und Conrad für 3000 Marck und setzt die Zahlungsbedingungen fest, am 18. August 1276.

Nos hermannus, dei gratia Caminensis Episcopus, recognoscimus protestando, Quod illustribus principibus consangwineis nostris dilectis Dominis Johanni, Ot. et C. marchionibus de Brandenburg, vendidimus terram Lippene cum terminis suis et cum omni iure et proprietate, decimis, aquis, fluminibus, stangnis, fundo et omni utilitate, preter villam Letenin cum terminis et attinentiis, quos dignoscitur antiquitus habuisse, et medietatem ville Coseliz, que sita est in parte terre Lippene, quas villas nobis et successoribus nostris reseruamus, pro tribus milibus marcarum argenti, de qua pecunia dicti principes soluent duo milia marcarum in festo Epiphanie et mille in pasca festis proxime nunc venturis nobis siue successoribus nostris. Promisit autem dn. Johannes marchio cum XIV^{cim} militibus et adhuc promittent XVI^{cim} milites, octo diebus postquam prefati principes a nobis moniti fuerint terminis premissis, se soluturos pecuniam memoratam. Quod si in solutione cessauerint principes sepe dicti, unus marchionum eorundem cum militibus, qui secum promiserunt et promittent, XV diebus post monitionem nostram, ciuitatem, poswalk intrabunt, inde minime recessuri, nisi de pecunia memorata et dampnis, si aliqua inciderimus, occasione pecunie, in premissis terminis non solute, nos reddant indempnes, liberos et solutos. Si vero aliquis militum de fideiussoribus poswalk intrare non poterit, alium statuet loco sui. Dabimus etiam super premissis sepius nominatis principibus literas nostras sigillo nostro nec non capituli nostri munimine roboratas. Datum anno domini M°. CC°. LXXVI°., feria tertia post assumptionem B. Virginis in poswalk et actum ibidem.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives.

III. Hermann, Biſchof von Camin, bekundet den Verkauf von Lippehne nochmals mit Zuſtimmung ſeines Capitels, am 30. Auguſt 1276.

In nomine domini amen, Hermannus, dei gratia Caminenſis eccleſie epiſcopus, omnibus in perpetuum. Cum multotiens actus legitimi propter diuerſos caſus, qui rebus humanis incidunt, immutentur, expedit ut ſcriptis autenticis, ad perpetuam rei memoriam, quibus probari valeant, confirmentur. Ad ſingulorum igitur notitiam, tam preſentium quam futurorum, preſens ſcriptum cernentium, cupimus peruenire, quod nos de conſenſu communi terram noſtram Lippene cum proprietate et terminis ſuis vendidimus Illuſtribus principibus dominis Ottoni, Johanni et C., fratribus, marchionibus de brandenburg et eorum heredibus pro tribus milibus marcar. argenti, ſicut et nos ipſam terram poſſedimus, cum aquis, fluminibus, riuulis, pratis, paſcuis, ſtagnis, paludibus, piſcariis, theloneis, pedagiis, ſiluis, nemoribus, agris, cultis et incultis, vſuagiis, cum omni iure et vtilitate, que in dicta terra eſſe dignoſcitur vel pro tempore in ea haberi poterit vel acquiri, preter villam Letenin cum terminis ſuis et medietatem ville Coſelitz, ſitam in terra Lippene, que ſicut ad hec tempora habuimus, cum omni iure nobis et noſtris ſucceſſoribus reſeruamus. Teſtes autem huius ſunt . . . . Vt autem preſens noſtra ordinacio ſeu vendicio perpetuam obtineat firmitatem, eam per preſens ſcriptum deſuper confectum per ſigilli noſtri appenſionem, immo capituli noſtri, fecimus roborari. Datum Camyn, anno domini M°. CC°. LXXVI°. III°. kal. Septembris.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives.

IV. Die Markgrafen Otto und Albert übertragen dem Heinrich Toyte die Anlegung der Stadt Berlinichen, am 25. Januar 1278.

Nos Otto et Albertus, Dei gracia marchiones Brandenburgenſes, recognoſcimus et tenore preſentium proteſtamur, quod Henrico dicto Toyte ciuitatem noſtram nouam Berlyn locandam commiſimus, concedentes eidem tercium denarium, id eſt partem terciam omnium, que proueniunt de iudiciis, de cenſu, de molendinis, de edificiis, theatro videlicet et marcellis et aliis edificiis ſingularibus, que pro vſu communis ciuitatis conſtruuntur, de ortis humuli ſiue ortis aliis vniuerſis, quam terciam partem locationis, que Beſitzinge dicitur, nomine poſſidebit. Molendinum, autem quod ante fundationem ciuitatis predicte fuit ibi, cenſum eius et pactum idem Henricus poſſidebit a nobis ſicut antea titulo feodali. In horum omnium euidens teſtimonium preſens ſcriptum ſigilli noſtri appenſione fecimus communiri. Teſtes autem huius ſunt milites Henricus marſchalcus noſter, Otto de Winninge, Johannes de Perwernitz, Theodericus de Doſſa, Theodericus de Leuendal, Hermannus Botel et Gerhardus de Wrech et alii quoque multi. Datum in noua Landesberg per manum Bertoldi, noſtri notarii, anno domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo octauo, VIII°. kalendarum Februarii.

Nach einer Abſchrift des Originals im Stettiner Provinzialarchive.

V. Markgraf Albert überläßt das Dorf Clausdorf mit 64 Hufen und 16 Uebermaßhufen dem Ritter Werner Weiß oder Witten mit dem Verſprechen, das Dorf nicht wieder vermeſſen zu laſſen, am 5. Auguſt 1289.

Mutabilium ſucceſſio temporum actiones hominum frequenter in irritum deduceret et inane, ſi non a voce teſtium vel ſcripti memoria reciperent munimentum. Hinc eſt, quod nos Albertus, Dei gracia Marchio Brandenburgenſis, recognoſcimus et tenore preſentium in publicam volumus notitiam deuenire, quod villam Clausdorf cum LXIIII manſis et ſuper excreſcentiam manſorum XVI ibidem, quam dominus Wernerus miles, dictus Albus, a nobis pro XXXI talentis ſuis denariis comparauit, eidem domino Wernero cum omnibus ſuis diſtinctionibus prius habitis contulimus, ita quod ad dictam villam LXIIII manſi tantum et non plures aliquatenus computentur, publice etiam proteſtantes, quod manſi dicte ville ex nunc amplius non menſurabuntur per nos ſeu per noſtrorum quempiam ſucceſſorum, Sed ad dictam villam ſecundum quod ſiti ſunt, libere et ſine diminutione qualibet pertinebunt. In cuius rei teſtimonium preſentes conſcribi fecimus et ſigilli noſtri munimine roborari. Huius rei teſtes ſunt Johannes de Marewitz, Petrus de Stauenow, milites, Rodolfus de Leuendale et plures alii fide digni. Datum Brunneke, anno domini M. CC. LXXXIX. in die beati Oſwaldi Regis.

Nach v. Dreger's Abſchrift ex orig. Bernstein.

VI. Erzbiſchof Erich von Magdeburg verleiht den Wohlthätern des neuen Kloſters Bernſtein, deſſen Einkünfte noch nicht zum Unterhalt der Nonnen hinreichen, in Betracht der Wunder, welche Gott hier wirke, einen Ablaß, am 26. Februar 1290.

Ericus, miſeratione diuina archiepiſcopus ſancte eccleſie Magdeburgenſis ceterique confratres noſtri epiſcopi videlicet Conradus Lubucenſis, Brandenburgenſis nec non Hauelbergenſis, vniuerſis Criſti fidelibus preſens ſcriptum inſpecturis ſalutem in eo, qui eſt vera ſalus. Ad diuine laudis obſequium baſilice ſanctorum in titulum eriguntur, ut in eis, que domus orationis exiſtunt, ſuffragia bonorum agminum inplorentur, quorum preſidiis Criſti fideles eterne felicitatis premia conſequantur: terreſtris quidem eccleſia celeſtis manſionis edificium repreſentat et in hoc exhiberi debet obſequium, quo ad illam per faciliorem acceſſum additus poſſit preparari. Cupientes igitur novellam plantationem eccleſie ſanctimonialium in Berenſtene, Caminenſis dyoceſis, Ciſtercienſis ordinis, in honorem ſacratiſſimi corporis domini noſtri Jheſu Criſti ibidem, in carnem et ſanguinem mirabiliter inmutati et glorioſe virginis matris Marie venerabiliter dedicandam, crebis honoribus honorari et a cunctis Criſti fidelibus iugiter frequentari, In qua eciam Dominus de ſua clementia multa et crebra ſignorum miracula operatur, de omnipotentis Dei ac ea qua nobis indulſit gracia preſumentes, Omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui dictam nouellam plantationem in feſtiuitatibus paſche, pentecoſtes, aſcenſionis, natiuitatis Domini, in cena domini, in die

commemorationis corporis Criſti, in feſtiuitatibus beate virginis, nec non ſancte crucis et per octauas earundem et in die ſanctorum, quorum reliquie in iam ſepedicta eccleſia continentur, cauſa deuocionis pia mente viſitauerint, quique quouis tempore ſanctimonialibus dicte plantationis nouelle pia et grata karitatis ſubſidia contulerint pro ſua ſuſtentatione, cum adhuc nondum eisdem proprie ſuppetant facultates, ſinguli ſingulis XL dies indulgentiarum et vnam karenam de injuncta ſibi penitentia miſericorditer in Domino relaxamus. Datum Magdeburg, anno domini M. CC. LXXXX. IIII. kal. Marcii, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Nach von Dreger's Abſchrift des Originales.

VII. Markgraf Albrecht ſtiftet das Kloſter Bernſtein und legt demſelben den See, den Burgwall im See mit den dazu gehörigen Leuten und das Patronat über die Pfarrkirche der Stadt bei, am 21. März 1290.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis amen. Injuriatur memorie frequenter obliuio, longinquitate ſit ſepe temporis ut res clara preſentibus reddatur obſcura futuris; Quocirca aduerſus obliuionis diſpendium de ſcripture ſuffragio prouidit induſtria ſapientum. Cum itaque rerum geſtarum certiſſima repreſentatio ſit ſcriptura, que de verborum ſerie redactorum in ipſam neque minuit neque mutat, Nos Albertus, Dei gracia Marchio Brandenburgenſis, recognoſcimus et tenore preſentium in perpetuam memoriam volumus deuenire omnibus ipſarum audituris continentiam ſeu viſuris, Quod ad honorem omnipotentis Dei et ſue matris beate Marie ſemper virginis glorioſe eccleſiam ſanctimonialium in Berenſten, Ciſtercienſis ordinis, Caminenſis dyoceſis, fundauimus pro noſtra noſtrorumque progenitorum vberiori ſalute, dotantes et donantes eisdem locum, in quo reſident et morantur, Stagnum quoque dictam ciuitatem Berenſten circumfluens et circumdans, cum loco caſtri ſito in eodem ſtagno, qui locus Borchwall vulgariter apellatur, vſque ad foſſam ciuitatis, que pro nunc eſt, cum Cmetis et coſſatis caſtri, Omnes proprietates et libertates terminorum preſcriptorum cum iuribus tam ſuperiori quam inferiori, quas et que nos ac noſtri progenitores huc vſque poſſedimus in ipſas ſanctimoniales preſentes et futuras pleno ac inuiolabili iure transferentes. Inſuper eccleſiam parochialem dicte ciuitatis cum omnibus ſuis pertinentiis, accidentibus et prouentibus, dummodo conſenſus iudicis ordinarii acceſſerit, ad eandem eccleſiam ſanctimonialium iuſto proprietatis tytulo perpetuo pertinendam. Inſuper damus et donamus eisdem in omnibus paſcuis pro vtilitate ſua et pecorum ac pecudum ſuorum tam in agris cultis quam incultis, in riuis et riuulis, in nemoribus et paludibus et in omnibus finibus infra metas ciuitatis predicte plenam ac per omnia liberam facultatem. Et ne hec noſtra dotatio ſiue donatio per nos ſeu per quempiam heredum noſtrorum in poſterum valeat irritari, preſentes de noſtra certa ſcientia fieri et ſigilli noſtri appenſione iuſſimus communiri. Huius fundationis et ſollempnis noſtre donationis teſtes ſunt Johannes de Marwytz, Petrus de Stauenowe, Otto de Thene, Hinricus de Sydowe, Vlricus de Oſterburch, Boſe de Brunkowe, milites, et quam plures alii clerici fidedigni.

Datum et actum in villa Golyn, anno domini M°. ducenteſimo nonageſimo, Ipſo die beati Benedicti abbatis.

Aus der v. Dreger'ſchen Abſchrift des Originales.

VIII. Ablaßbrief für das Kloſter Bernſtein vom Biſchofe Conrad von Lebus, vom 4. November 1290.

Conradus, miſeratione diuina epiſcopus Lubucenſis eccleſie, Vniuerſis Criſti fidelibus preſentem litteram inſpecturis, Salutem in vero ſalutari. Sanctorum meritis inclita gaudia Criſti fideles minime aſſequi dubitamus, qui per condigne deuocionis obſequia cum venerantur in illis, quorum ipſe gloria et corona eſt et retributio meritorum. Ad promerenda igitur ſempiterna gaudia Criſti fideles quibusdam muneribus allectiuis, indulgenciis videlicet et remiſſionibus inuitamus, vt ex eis propenſius diuine gratie reddantur aptiores, quo ſe magis dono celeſtis gracie ſenſerint eſſe refectos. Cupientes igitur, vt noua plantatio eccleſie in Berenſtene ſanctimonialium, Caminenſis dyoceſis, ciſtercienſis ordinis, dignis frequentetur honoribus, de omnipotentis Dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius meritis confiſi, omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui dictam nouellam plantationem in feſtis ſubſcriptis, videlicet in die Paſche, Penthecoſtes et in feſtiuitate aſcenſionis domini, in die commemorationis corporis Criſti ac in quatuor feſtiuitatibus beate Marie virginis glorioſe, nec non ſancte crucis, cena domini et per octauas earundem et in diebus ſanctorum, quorum reliquie in iam ſepedicta eccleſia continentur, cauſa deuocionis pia mente viſitauerint quique etiam ad releuandas inopias predictarum ſanctimonialium pro ſuſtentatione earum manus porrexerint adiutrices, quadraginta dies de iniuncta eis penitentia miſericorditer in domino relaxamus, ſi ad id conſenſus dyoceſani acceſſerit et voluntas, Preſentibus quam diu eidem placuerit valituris, quas ſine ipſius ratihabitione irritas decernimus et inanes. Datum Goricie, proximo ſabbato poſt feſtum omnium ſanctorum, anno domini M. CC. nonageſimo.

Nach v. Dreger's Abſchrift des Originales.

IX. Biſchof Jaromar von Camin beſtätigt die Stiftung des Kloſters Bernſtein und dieſem das Patronat über die Pfarrkirche, ſo wie den Wohlthätern des Kloſters die ertheilten Ablaßzuſicherungen, am 26. November 1290.

Jaromarus, Dei gratia Caminenſis eccleſie confirmatus, vniuerſis Criſti fidelibus preſens ſcriptum inſpecturis, ſalutem in domino Jheſu Criſto. Cum ex officii noſtri debito cultum diuini nominis augmentare teneamur et velimus et ſpecialiter ſanctimonialibus adeſſe propicio ſa-

uore et benigno; Hinc eſt quod vniuerſitati veſtre notum eſſe cupimus per preſentes, quod fundacioni monaſterii ſanctimonialium in Berenſten, ordinis Ciſtercienſis, Caminenſis dioceſis, tam pie quam deuote per inclitum principem Albertum, Marchionem de Brandenburch, nouiter fundati et inſtaurati, noſtrum aſſenſum inpertimur, conſenſum et fauorem, omnia etiam que jam dictus princeps eidem monaſterio in agris, ſtagnis, paſcuis, molendinis et rebus aliis quibuſcunque contulit et donauit aut in futurum donabit, ipſi monaſterio ſanctimonialibuſque ibidem irreuocabiliter confirmamus. Eccleſiam vero parochialem ciuitatis in Berenſten cum omnibus vtiſitatibus, oblationibus et prouentibus ſuis quibuſcunque, cujus jus patronatus per ſepe memoratum principem noſtro accedente conſenſu prefatis ſanctimonialibus ſuoque monaſterio collatum fuerat ordinatum, vſibus ſuis deputamus et confirmamus, per earundem ſanctimonialium capellanum perpetuis temporibus officiandam, qui a nobis aut ſuo archidiacono curam recipiat animarum: et quidquid de jam dicta eccleſia deriuari poterit, vſibus et neceſſitatibus ſanctimonialium fideliter applicetur. Indulgentias vero, que a venerabilibus patribus Archiepiſcopis et epiſcopis ſepedicto monaſterio in remiſſionem peccatorum Criſti fidelium, qui manus adjutrices jam dictis ſanctimonialibus porrexerint aut ipſarum monaſterium pia deuocione certis diebus in priuilegiis et literis indulgentiarum contentis viſitauerint, indulte ſunt et conceſſe, ratas et gratas habemus. Ipſis vero indulgenciis noſtrum inpertiendo conſenſum, Criſti fidelium, qui conſilium, auxilium vel fauorem prefato monaſterio inpenderint, deuocionem in domino commendamus. Omnes etiam raptores, inuaſores et alios quoſcunque, qui auſu temerario violenter res ipſius monaſterii inuadere preſumpſerint, vinculo excommunicationis et anathematis ſe nouerint feriendos. Datum et actum in Werben, anno domini M. CC. XC. in craſtino Katherine virginis beate.

Aus von Dreger's Abſchrift des Originales.

X. Die Ritter Zulis und Lüdekin von Wedel ſchenken dem Nonnenkloſter Bernſtein ſechs Hufen Landes im Dorfe Valkenberg, am 17. April 1291.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis amen. Tzulis et Ludekinus, Dei gratia milites, Vniuerſis fidei Criſtiane profeſſoribus, ad quos preſens ſcriptum peruenerit, Salutem in eo, qui ſaluat omnem hominem et neminem uult perire in perpetuum. Quoniam propter humane labilitatem memorie et continuam temporis ſucceſſionem vniuerſa, que ab hominibus diſponuntur et ordinantur, vna cum temporis fluxibilitate in obliuionem, que mater eſt erroris, tranſeunt et defluunt, neceſſarium arbitramur, ut acta, que robur perpetue firmitatis ſortiri debent, ſcripture teſtimonio ſic muniantur, quatenus proceſſu temporis verſutorum malicia locum in eis non inueniat malignandi. Igitur notum eſſe volumus tam preſentis quam futuri temporis nationibus, Quod nos deuotis ſanctimonialibus et in Criſto nobis dilectis monaſterii glorioſe virginis Marie in Berenſten ac ſucceſſoribus earum nec non et ipſi monaſterio cyſtercienſis ordinis et Caminenſis dyoceſis, ob amorem et reuerentiam omnipotentis Dei et glorioſe virginis Marie, nec non pro noſtris noſtrorumque progenitorum delendis peccaminibus, ſex manſos cum omnibus profectibus et prouentibus et inte-

gritate omnis iuris in noſtra villa Valckenberch donauimus perpetuis temporibus feliciter poſſidendos. Teſtes hujus donationis ſunt hii milites dominus Tzulis, Dominus Ludekinus, fratres, dicti de Wedele, Dominus Ghyllis ſacerdos premiſſe ville, Dominus Thydericus de Köthen; hii armigeri: Heidenricus, Ghyſchowe, Gobelo et alii quam plures fidedigni, quorum hic non ſunt nomina ſubarata. Vt autem hec omnia firma et inconuulſa permaneant et ne poſſint aliqua prorſus praue ſuggeſſionis induſtria vel ſucceſſorum noſtrorum turbari calumpnia, preſens inſtrumentum conſcribi fecimus, ſigilli noſtri munimine roboratum, prenotato monaſterio ſancte Marie in Berenſten perpetuis temporibus in inuiolabile teſtimonium erogantes. Datum Kürrthow, anno domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo primo, quindecimo Kalendas May.

Nach von Dreger's Abſchrift des Originales.

XI. Inzelerius, Vicar des Biſchof Jaromar von Camin, verſichert die Wohlthäter des Kloſters Bernſtein eines erweiterten Sündenerlaſſes, am 18. Juni 1292.

Inzelerius, Dei gratia Buduenſis epiſcopus, frater fratrum heremitarum ordinis ſancti Auguſtini, Gerens vices venerabilis domini Jaromari, eccleſie Caminenſis electi et confirmati, Omnibus preſentes litteras inſpecturis et audituris, Salutem in domino Iheſu Criſto. Dignum eſt juſtis petentium deſideriis facilem adhibere conſenſum et uota, que a rationis tramite non diſcordant, benigno affectu proſequente complere. Ea propter nos de omnipotentis Dei gratia et apoſtolorum ſuorum Petri et Pauli confidentes, omnibus benefactoribus monaſterii beate virginis Marie ſanctimonialium Cyſtercienſis ordinis in Burnſtein vel qui manum eidem porrexerint adjutricem, ſeu qui id ipſum in diebus patronorum, in anniuerſario, die dedicationis, in nataliciis apoſtolorum, In natiuitate Criſti, in paſca, in feſto pentecoſtes, in quatuor ſollempnitatibus ſancte virginis Marie et per octauas dictarum feſtiuitatum deuote acceſſerint, Quadraginta dies criminalium et annum venialium ſeu Karrinam de injuncta ſibi penitentia miſericorditer in domino relaxamus. Preterea pretactis benefactoribus peccata oblita, vota fracta, ſi ad ea redierint, et offenſas patrum et matrum ſine enormi leſione ſeu effuſione ſanguinis auctoritate domini Gregorii pape decimi nobis tradita dimittimus per preſentes, ſaltem omnibus hiis, qui in loco ſeu in locis dicto monaſterio adtinentibus corpus domini noſtri Iheſu Criſti, dum ad infirmos portabitur, deuote ſecuntur, quinque dies criminalium de injuncta ſibi penitentia relaxamus auctoritate qua fungimur ſpeciali. Datum anno domini milleſimo CC. XCII. Indictione V. proxima feria IIII. poſt Viti, XVIII. anno pontificatus noſtri, predictas eciam literas dudum dicto monaſterio tradidimus, perpetuo valituras.

Nach von Dreger's Abſchrift des Originales.

XII. Markgraf Albrecht vereignet dem Kloſter Bernſtein ſechs Hufen in Falkenberg und ſieben Hufen in Koskendorf, am 27. Juni 1293.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis amen. Ne id, quod rationabiliter agitur, obliuio hominum aut fluxus temporis tollat et perimat, neceſſe eſt ut robur firmitatis et perpetuitatis ſcripturarum et teſtium ydoneorum teſtimoniis ſorciatur. Nos igitur Albertus, Dei gracia Marchio Brandenburgenſis, preſentibus recognoſcimus publice proteſtantes, quod damus conuentui ſanctimonialium in Bernſteyn proprietatem ſex manſorum cum omni jure in villa Valkenberge, quos manſos Zuliz et Ludekinus, milites de Wedele, coram nobis conſtituti, ad honorem ſancte Marie virginis et ob ſalutem animarum ſuarum predicto conuentui ſanctimonialium in Bernſteyn reſignauerunt et predictis dominabus contulerunt. Item recognoſcimus preſentibus, quod ad honorem ſancte Marie virginis damus predicto conuentui ſanctimonialium in Bernſteyn proprietatem ſeptem manſorum jacentium in villa Coſekkendorphe cum omni jure et paſcuis et lignis et aquis, nichil nobis juris in prefatis omnibus donatis ſepedictis dominabus penitus retinentes. Vt igitur noſtra donatio ab omnibus inuiolabiliter obſeruetur, preſens ſcriptum inde factum conſcribi fecimus et ſigilli noſtri munimine juſſimus roborari. Hujus rei etiam teſtes ſunt Theodericus de Kötene, Henningus de Marwitz, milites, dominus Hinricus prior in Struzberghe, Rudolfus de Liuendale, Henricus de Sydow et Albertus de Dewitz milites et plures alij fidedigni. Actum et Datum Brunneke, anno domini M. CC. LXXXXIII. V. Kalendas Julii.

Nach von Dreger's Abſchrift des Originales.

XIII. Markgraf Albrecht vereignet dem Kloſter Bernſtein das Dorf Sydow, am 30. Auguſt 1295.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis amen. Albertus, Dei gratia Brandenburgenſis marchio, omnibus in perpetuum. Quoniam labilis eſt hominum memoria et obliuioni dedita, neceſſe eſt, ut ea, que fiunt in tempore, ne ſimul labantur cum tempore et obliuioni tradantur et fiant irrita et annichilata, voce, teſtium et litterarum teſtimonio perhennentur. Nos autem hoc attendentes et illud malum negligencie ſeu obliuionis omnino precauere volentes, recognoſcimus tenore preſentium publice proteſtantes, quod dominabus ſiue ſanctimonialibus in clauſtro Berendſten, Deo ibidem ſeruientibus, ob Dei remunerationem, qui nullum bonum irremuneratum dimittit, et in anime noſtre remedium ſingulare, villam Sydowe et proprietatem ipſius ville cum omni jure, cum omnibus judiciis, ſummis et infimis, cum omnibus attinentiis ſeu pertinentibus ad eandem, cum omnibus agris cultis et incultis, cum pratis et paſcuis, cum omnibus lignis et ſiluis, cum omnibus ſtagnis, riuis et riuulis, cum omnibus molendinis conſtructis et conſtruendis, ſimpliciter cum omni vtilitate, quam ſibi infra metas huc uſque habitas poterunt ordinare, ob omni exactione ſeu preca-

ria et angaria et ab omnibus quibuſcunque ſeruiciis liberam et exemptam, donauimus perpetuo poſſidendam. Vt ergo iſta omnia a nobis et poſteris noſtris rata et firma et inviolabiliter obſeruentur, preſentes dedimus ſigilli noſtri munimine roboratas. Teſtes hujus facti et rei ſunt: Dominus Nicolaus prepoſitus in Vredeland juxta Stargart, dominus Bartoldus plebanus in nouo Berlyn, Capellani noſtri; Dominus Conradus de Winninge, Dominus Henricus de Sydowe, Dominus Wernerus, Splinter dictus, aduocatus noſter, milites, et quam plurimi fidedigni. Acta ſunt hec Berenwalde, Domino Erardo, tunc exiſtente prepoſito dominarum in Berenſten et hec omnia procurante, anno domini M. CC. XC. V., In die beatorum martyrum Felicis et Adaucti.

Nach von Dreger's Abſchrift des Originales.

XIV. Biſchof Heinrich von Ermeland gewährt den Wohlthätern des Kloſters Bernſtein einen Ablaßbrief, am 25. Juni 1296.

Nos Hinricus, dei gracia Warmienſis eccleſie Epiſcopus, Vniuerſis et ſingulis Criſti fidelibus, ad quos deuenerit preſens ſcriptum, ſalutem in omnium ſaluatore. Cupientes quoslibet fideles Criſti ad opera meritoria et caritatis, que peccatorum operit multitudinem, donis ſpiritualibus et gracia illectiua, ſalubrius inuitare, omnibus, qui ad clauſtrum ſanctimonialium Cyſtercienſium in Bernſtein cauſa deuocionis et orationis confluxerint nec non et qui eisdem ſuas pie elemoſinas in ſubſidia in feſtiuitatibus ſcilicet ſacroſancti Corporis Criſti et in natiuitate glorioſe virginis Marie erogauerint, quadraginta dies indulgentiarum, ſi confeſſi fuerint et contriti, accedente conſenſu venerabilis patris domini Dyoceſani, miſericorditer in domino relaxamus. Datum Brunsberg, anno domini M. CC. LXXXX. ſexto, in craſtino Johannis baptiſte.

Nach von Dreger's Abſchrift des Originales.

XV. Die Markgrafen Otto, Conrad, Johann und Heinrich bekunden, daß die Stadt Stendal ihnen ein Darlehn gemacht hat, um das Land Bernſtein von dem Markgrafen Albrecht zu kaufen, am 2. Juli 1298.

Nos Otto et Conradus, Iohannes et Hinricus, dei gratia Brandenburgenſes et de Landsberg Marchiones, cum manifeſta recognitione tenore preſentium publice proteſtamur, quod viri honorabiles ac diſcreti, Burgenſes de Stendale, ad ſolutionem terre Berenſten, quam nunc a noſtro patruo marchione alberto, emimus, nobis centum marcas argenti Brandenb.

mutuo preſtiterunt, quas marcas de conſagittatione penitus danda de predicta Stendal recipient ſiue tollent quoad uſque dicti ciues in integro et plene ſuſtulerint ſeu rehabuerint ſummam pecunie jam pretacte. Ad cuius rei euidentiam preſens damus ſcriptum noſtris ſigillis roboratum. Affuerunt huic tractatui Fredericus de Ecſtede, Iohannes Romolo, Iohannes de Vchtenhagen, Zab. de Bardeleue, milites et quam plures alii fide digni. Datum in Ratenow, anno domini M°. CC°. LXXXXVIII°. die Proceſſi et Martiniani martyrum, per manus domini Zacharie, noſtre curie capellani et notarii.

Nach dem Orig. des Stendal. Rathsarchives No. 33.

XVI. Die Markgrafen Otto, Conrad, Heinrich und Johann beſtätigen dem Kloſter Bernſtein die Schenkungen des Markgrafen Albrecht, am 2. Auguſt 1299.

Nos Otto, Conradus, Hinricus et Iohannes, Dei gratia Brandenburgenſes et de Landesberch Marchiones, Recognoſcimus et tenore preſentium euidentius proteſtamur, quod omnes donationes ac omnia bona, ſiue illa conſiſtant in villis, paſcuis, pratis, lignis, ſiluis, molendinis, piſcationibus, in eccleſiis ſiue in ceteris bonis quibuſcunque, quas illuſtris princeps marchio Albertus, patruelis noſtre dilectus, tytulo proprietatis Abbatiſſe, prioriſſe totique conuentui dominarum in Berenſten de ordine Cyſtercienſium ob remedium anime ſue atque ſuorum ſucceſſorum donauit et contulit, concedimus et confirmamus in hiis ſcriptis, gratum etiam et ratum habentes, quicquid predictis dominabus eſt a predicto domino marchione Alberto, noſtro patruo, elargitum. Vt ergo iſta omnia a nobis et poſteris noſtris rata et firma permaneant et inuiolabiliter obſeruentur, preſentes dedimus ſigillorum noſtrorum munimine roboratas. Huius autem rei et facti teſtes ſunt: Dominus Otto, comes de Nowgarden, Dominus Bernardus prepoſitus in Vredeberch, dominus Romolo, Dominus Ludekinus de Wedele, Günterus de Rauenſten, Hinricus dictus Morcyn, milites; Dominus Bloc, Dominus Scheker et ſuus frater et Thidericus, noſtre curie notarius, nec non alii quam plures fidedigni. Actum et Datum Arneſwalde, temporibus Erardi prepoſiti, hoc procurantis, anno domini M. CC. LXXXXIX. in craſtino beati Petri ad vincula per manum Thiderici de Cothene, noſtre curie notarii ſupradicti.

Nach von Dreger's Abſchrift des Originales.

XVII. Markgraf Albrecht ſchenkt dem Kloſter Bernſtein das Dorf Nypoltzke, am 2. Juni 1300.

In nomine domini amen. Nos Albertus, Dei gratia Marchio Brandenburgenſis, Recognoſcimus et in publicam noticiam cupimus deuenire ſingulorum, quod de bonis noſtris a Deo nobis collatis cultum diuinum ampliare cupientes, ad laudem Jheſu Chriſti eiusdemque matris Marie virginis perpetue, ad ſalutem quoque animaram noſtre videlicet ac progenitorum, filiorum, heredum ac ſucceſſorum noſtrorum, celebem vitam ſanctimonialium in Berenſten, ordinis Cyſtercienſis, inſpicientes, villam noſtram Nypoltzke cum omnibus ſuis attinentiis, ſcilicet agris, ſiluis, aquis, paludibus, pratis, paſcuis, molendinis conſtructis pariterque conſtruendis, ac omnibus ſuis prouentibus, cum omni iure temporali et ſpirituali, ſicut eam habuimus, ſine omni precaria, eccleſie earundem pure donauimus propter Deum juſto libertatis ac proprietatis tytulo perpetuo poſſidendam. Vt autem noſtra donatio inuiolabiliter obſeruetur, preſentem paginam conſcribi fecimus et munimine noſtri ſigilli roborare. Teſtes huius ſunt frater Wilhelmus, Hermannus plebanus in Oberan prepoſitus in Soldyn, Albertus de Bruncow, Bruno Capellanus noſter et alii quam plurimi fidedigni. Datum et Actum Quarzan, anno domini M°. CCC°. feria quinta in feſto pentecoſtes, Temporibus Herardi prepoſiti ſanctimonialium predictorum.

Nach von Dreger's Abſchrift des Originales.

XVIII. Die Markgrafen Otto, Conrad und Johann vereignen dem Kloſter Bernſtein das Dorf Clausdorf, am 13. September 1301.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis amen. Nos Otto, Conradus et Johannes, de Brandenborch et Landesberch marchiones, omnibus in perpetuum. Quoniam labilis eſt hominum memoria et obliuioni dedita, neceſſe eſt ut ea, que fiunt in tempore, ne ſimul labantur cum tempore et obliuioni tradantur et fiant irrita et annichilata, voce teſtium et literarum teſtimonio perhennentur. Nos autem hoc attendentes, et illud malum negligentie ſeu obliuionis omnino precauere volentes, Recognoſcimus tenore preſentium publice proteſtantes, Quod dominabus ſiue ſanctimonialibus in clauſtro Bernſteyn, Deo ibidem ſeruientibus, ob Dei remunerationem, qui nullum bonum irremuneratum dimittit, et in animarum noſtrarum remedium ſingulare villam Clausdorp et proprietatem ipſius ville cum omni jure, cum omnibus judiciis ſummis et infimis, cum omnibus attinenciis seu pertinentibus ad eandem, cum omnibus agris cultis et incultis, cum pratis et paſcuis, cum omnibus lignis et ſiluis, cum omnibus ſtagnis, riuis et riuulis, cum omnibus molendinis conſtructis et conſtruendis, ſimpliciter cum omni vtilitate, quam ſibi infra metas hucuſque habitas poterunt ordinare, ab omni etiam exactione ſiue precaria et angaria et ab omnibus quibuſcunque ſeruiciis liberam et exemptam, donauimus perpetuo poſſidendam. Vt ergo iſta omnia a nobis et a poſteris noſtris rata et firma et inuiolabiliter obſeruentur, preſentes dedimus ſigillorum

noſtrorum munimine roboratos. Teſtes hujus facti et rei ſunt: Dominus Szhulitz et frater ejus Ludolfus, milites de Wedell, Dominus Romulo, Dominus Hinricus de Morchin, Dominus Haſſo de Glambeck aduocatus noſter, Vlricus de Bilrebecke, Heydenricus de Gyſtow et alii quam plures fidedigni. Acta ſunt hec anno domini M°. CCC°. I°. in Vredebergh, in vigilia exaltationis ſancte crucis.

Nach von Dreger's Abſchrift des Originales.

XIX. Die Markgrafen Otto, Conrad und Johann nehmen das Kloſter Bernſtein in ihren Schutz, am 29. März 1303.

Nos Otto, Conradus et Johannes, Dei gratia Brandenburgenſes et de Landesberg Marchiones, Recognoſcimus tenore preſentium publice proteſtantes, quod cenobium ſanctimonialium in Berneſten cum omnibus bonis eorum in protectionem noſtram recepimus et tutelam, Mandantes omnibus noſtris aduocatis, officialibus ceteriſque omnibus pro nobis facere ſeu dimittere quicquam volentibus, ne quisquam in bonis eorundem ipſos preſumat in aliquo moleſtare, ſed pocius promouere debent dictum monaſterium in omnibus ſuis negociis ac agendis: nam ſi aliquis ſecus facere preſumeret, quod abſit, hic noſtram indignationem ſe ſciat veraciter incurſurum. In cujus rei euidentiam pleniorem preſentem literam ſcribi juſſimus, noſtrorum ſigillorum muniminibus roboratam. Datum Grimmenicce, anno domini M°. CCC°. III°. feria ſexta ante diem Palmarum, per manum Hinrici de Herckeke.

Nach von Dreger's Abſchrift des Originales.

XX. Markgraf Woldemar verleiht die Güter, womit ſein Vetter Hermann den Henning Toyten belehnt hat, demſelben und Albert von Golancz zu geſammter Hand, am 9. März 1310.

Nouerint vniuerſi et ſinguli tenorem preſentium inſpecturi, Quod nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgenſis, Luſacie et de Landesberg marchio tutorque incliti Johannis de Brandenburg marchionis, vniuerſa et ſingula bona, que Henningus, Toyte dictus, a noſtro patruo Hermanno hucuſque in feodo habuit et poſſedit, eidem ſcilicet Henningo, Toyte dicto, et Alberto, de Golancz dicto, et eorum veris heredibus contulimus conjuncta manu juſto feodali titulo poſſidenda pariter et habenda pacifice et quiete. In cujus rei teſtimonium preſens ſcriptum dedimus noſtri ſigilli munimine firmiter roboratum, preſentibus teſtibus ydoneis Wiperto de Barboy, Henningo et Siffrido de Winningo, Henningo et Zabello de

Marwicz militibus nec non Slotekino noſtre curie notario et aliis quam pluribus fide dignis. Datum Berlyn, anno domini milleſimo trecenteſimo decimo, feria ſecunda in carnis priuio.

Nach einer von Dreger'ſchen Abſchrift des Originales.

XXI. Vergleich des Kloſters mit der Stadt Bernſtein über Meßkorn und Meßgeld, Mühlen und Ländereien, vom Jahre 1315.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis amen. Iniuriatur memorie frequentes obliuio. Longiquitate fit ſepe temporis, vt res clara preſentibus reddatur obſcura futuris. Quocirca aduerſus obliuionis diſpendium de ſcripture ſuffragio prouidit induſtria ſapientum. Cum itaque rerum geſtarum certiſſima repreſentatio ſit ſcriptura, que verborum ſerie redactorum in ipſam neque minuit neque mutat; Sciant igitur vniverſi tam preſentes quam futuri, Quod nos Hynricus prepoſitus, Margareta abbatiſſa, totuſque conuentus ſanctimonialium in Berenſten de matura prouidentia totius capituli noſtrorumque amicorum omnes denarios miſſales dimiſimus in perpetuum abſolutos. Preterea tenemur ipſis perſoluere ſingulis annis talentum denariorum leuium, ſcilicet in feſto martini X ſolidos et in feſto Walburgis totidem pro eo, quod Vniuerſitas conſulum ciuitatis Berenſten Molendinum, ſitum verſus nouam Berlin, liberum et ab omni exactione, et Molendinum, quod in ſacco dicitur, dimiſerunt, excepto eo quod in ſuperiori molendino uerſus nouam Berlin duos choros ſiliginis in pacto et octo modios obtinebunt, et quod infra ciuitatem et ſtagnum, quod dicitur Volz, nullus aliud molendinum edificare debebit. Preterea duos montes, qui vocantur montes humili ex vtraque parte ſtagni curui ſitos, clauſtro cum loco in quo nunc reſident, et cum omnibus paſcuis pecorum, infra metas ciuitatis hucuſque habitas libere et pacifice cum pecoribus ciuitatis perfruantur. Ne igitur alicui in omnibus predictis dubium oriatur in poſterum, XVI Manſos redactos in vniuerſitatem ciuium, quod vulgariter dicitur Wortlant, cum vno manſo redacto in viam pecorum, quos manſos a Miſſali annona dimiſimus liberos et exemptos. In hujus rei euidentiam preſentes literas ſigillo prepoſiti et dominarum et ciuium atque dominorum de Wedelle fecimus communiri. Teſtes hujus facti ſunt: Dominus Ludolfus ſenior de Wedele, Dominus Rudolfus de Liuendale, Dominus Bruningus de Segeuelde, Dominus Haſſo de Wedelle, Dominus Henningus de Indagine, Plume de Tancowe, Nicolaus de Radun, Johannes prefectus, dictus Wendele, et conſules ciuitatis Berneſten: Gerardus Dyabolus, Arnoldus Stolle, Johannes antiquus prefectus, Nicolaus currifex, Hinricus Sartor, Johannes Dorgeger, Petrus de Monte, Paulus gener, Lomberti Mater, Wichmannus de Indagine, Johannes Berneſten et alii quam plures fidedigni. Datum Liuennowe, anno domini M°. CCC°. XV°.

Nach einer von Dregerſchen Abſchrift des Originales.

XXII. Markgraf Woldemar verkauft dem Herzoge Otto von Stettin Stadt und Land Bernstein für 7000 Marck Silber, am 27. August 1315.

Ad geste rei memoriam sempiternam. Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, ad vniuersorum noticiam tenore presencium publice volumus peruenire, quod Inclito principi, Domino Ottoni, Duci Sthetynensi, patruo nobis karissimo eiusque legitimis heredibus, dimisimus et per presentes litteras dimittimus, Terram districtus Berenstein cum omnibus suis distinctionibus, terminis et limitibus, prout eandem illustris Albertus, pie recordacionis quondam marchio Brandenburgensis, noster patruus, nostris progenitoribus ac Nobis retroactis quibusdam temporibus dimisit, et cum omni honore, commodo, vtilitate et vsufructu, cum omnibus iuribus, seruiciis et vasallis, et cum vniuersis pertinenciis suis, scilicet precariis et aliis obuencionibus quibuscumque exinde prouenire potentibus, cum agris cultis et incultis, lignis, aquis et aquarum decursibus, cum molendinis et cum vniuersis vtilitatibus intra distinctiones dicte terre contentis, prout Nobis, dum nostra fuit, competebat, ex nunc et in perpetuum debito et consueto pheudi titulo possidendam. Ita plane eciam, dicto patruo nostro et suis heredibus dicti Districtus dominium dimisimus et dimittendo contulimus, quod nec nos neque nostri heredes, si quos deo dante procreauerimus, aut successores in dicta Terra quicquam iuris aut actionis nobis possimus vel debeamus decetero vendicare. Premissis eciam est adiectum, quod omnes et singuli, habentes bona pheodalia pro seruiciis faciendis in predicto districtu Berenstein, licet alias in nostris Terris residеant, tamen prefato duci aut suis heredibus pro talibus bonis famulari dumtaxat et seruire simpliciter tenebuntur. In recompensam quoque dimissionis et collacionis predicte Terre per Nos rite facte predictus noster patruus dux Otto Nobis Septem mille Marcarum Brandenburgensis Argenti et ponderis in parata pecunia erogauit, de quibus ipsum et suos heredes quitos omnino dicimus et solutos, vt profitemur litteris presentibus, quibus in huius facti et premissorum omnium euidens Testimonium nostrum sigillum firmiter est appensum. Huius eciam rei Testes sunt nostri fideles milites, Domini ludolfus, hasso et wedego seniores de wedele, hennyngus de Blankenborch, henricus, hennyngus et hinricus de Stegelitz, Petrus de Nuwenborch, hennyngus Bothel, hennyngus de Eykstede, Zabellus de Badelo et quam plures alii fidedigni. Actum et Datum prope duas Rotas, Anno domini M°. CCC°. XV°., die beati Rufi martyris.

Klöden's Waldemar II, S. 512—518. — Vergl. die Urkunde Woldemar's über diese Abtretung vom 30. August 1315 in Hauptth. II. Bd. I, S. 374.

XXIII. Die Stadt Bernstein bekundet, daß sie dem Markgrafen Ludwig gehuldiget habe, am 5. Februar 1328.

Wy Ratman vnd gemeine von der stad tu Bernstein bechennen openbar in diseme openen brise, dat wi dem hochgebornin Furstin marggreuin Ludewig von Brandinburg mit gutim

willin vnd eindrechtlichin eine rechte erſhuldinghe gedan, gelouit vnd geſworin hebbin. Tu einin orchunde diſſir huldinghe hebbe wi diſſin brief gegeuin, verſigelt mit vnſeme Inſigel. Dit is geſchehin in der Stat tu ſoldin, na der bort gots duſint jar dreuhundirt jar in dem acht vnd twintigiſtin jare, des neheſtin dunriſtages na vſir vrowin dage tu Lichtmeſſe.

Nach einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives.

XXIV. Markgraf Ludwig verzeiht der Stadt Lippehne, daß ſie in ſeinem die Stadt umgebenden See gefiſcht hat und verpfändet ihr die Fiſchereigerechtigkeit in demſelben, am 19. März 1337.

Ludouicus etc. Diſcretis viris conſulibus et vniuerſitati ciuitatis lippen, dilectis noſtris fidelibus, relaxauimus, indulſimus et preſentibus relaxamus omnem ingratitudinem vel indignationem, quam ipſis occaſione huius, quod in lacu ſiue ſtagno ipſam ciuitatem circumdante piſcauerant et piſcati fuerant, hactenus, nullo temporis iure competente et nobis minime requiſitis, geſſimus et tenuimus, ſic quod de ipſa ingratitudine nec per nos nec officiatos noſtros in antea fieri volumus mencionem. Pro qua quidem relaxatione ipſi nobis quinquaginta marcas argenti Brandenburgenſis erogauerant pecunie numerate, ſic quod piſcandi pro ipſorum bene placito in ipſo lacu, quouſque per nos vel heredes noſtros ipſis dicta pecunia reſtituta fuerit vel ſoluta, habebunt et habent ſine impedimento liberam facultatem. Non debebimus etiam ipſis ipſa ſolutione vel reſtitutione dicte ſumme pendente ſuper dicto lacu mouere nec moueri annuere quolibet actionem. In cuius etc. Teſtes Ludekinus de wedel, Haſſo ſenior, Ty. Brederlo, officiati noſtri, cum ceteris fide dignis. Datum Berlin, anno domini M. CCC. XXXVII°. feria quarta ante oculi.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4. in quarto).

XXV. Markgraf Ludwig vergleicht ſich mit dem Biſchofe von Camin wegen der Lande Lippehne, Falkenburg und Schiefelbein und der Zehnthebung in der Neumark, welche der Biſchof als durch Woldemar's Tod heimgefallene Lehne in Anſpruch genommen hat, am 24. März 1337.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam ſingulis et univerſis, ad quorum noticiam deductum fuerit preſens ſcriptum. Nos Ludovicus etc. volumus eſſe notum etc. quod venerabilis in criſto pater et dominus Fridericus, Caminenſis eccleſie epiſcopus, nomine ſuo et eccleſie ſue predicte a nobis inſtancius peteret caſtra, terras et opida territoriorum Lyp-

pen et Valkinborch et Schivelbein nec non ius decimandi in terris, caſtris et opidis et omnibus villis ſue dyoceſios et marchionatu brandenburgenſi conſtitutis, que omnia ad ſe et ad ſuam eccleſiam debeant pertinere cum omnibus pertinenciis, iuribus et honoribus eorundem et per mortem illuſtris principis Woldemari marchionis brandenburgenſis quondam pie memorie ad ſe devoluta, offerens ſe probaturum et docturum predicta teſtibus vel inſtrumentis aut aliis legitimis documentis. Nos vero dicti patris ac domini conſilia et auxilia pluries nobis exhibita eccleſieque ſue juſtitiam intuentes, nolentes tamen marchiam ſive principatum noſtrum a domino Ludovico quarto, Romanorum imperatore, domino et patre Kariſſimo, nobis in nobile et legale feodum conceſſum integraliter, dismembrare, nec eciam eccleſie predicte juribus derogare, de conſilio ſapientum noſtrorum viam mediam, que ſubſcribitur, duximus eligendam, Videlicet quod dicta terras, caſtra, opida cum jure decimandi in villis ſue dyoceſios cum aliis ſubſcriptis pertinenciis, juribus et honoribus ſpiritualibus, que in laycum cadere poſſunt, et temporalibus eorundem (a) predicto domino et patre ſucceſſoribusque ſuis epiſcopis Caminenſibus nos et heredes noſtri marchiones brand. cum iuribus, honoribus, iure patronatus eccleſiarum, vaſallagio et hominio, cum mero et mixto imperio, cum omnibus utilitatibus, uſibus, uſufructibus, redditibus et obvencionibus aliis quibuſcunque preſentibus et futuris, cum limitibus et metarum diſtinctionibus, quibus dictum territorium verſus regnum polonie, verſus marchiam brandenburgenſem, verſus eccleſiam caminenſem, verſus ducatum Stetinenſem conſtat limitatum et diſtinctum, liberum penitus et exemptum ab omni ſervitute perſonali vel reali et de iure ſcripto vel non ſcripto, edito vel edendo vel indebita de conſuetudine vel de facto, pacifice quiete et libere perpetuis temporibus habendum, tenendum et eciam corporaliter poſſidendum (accepimus), Obligantes nobis literas per preſentes, quod a magiſtro et fratribus hoſpitalis ſancti johannis hieroſolomitani diſbrigare et liberare volumus, nec non debitam et iuſtam Warandiam facere, Quociens et quando requiſiti fuerimus, ſi inpetitur in parte vel in toto in territorio antedicto. Volumus eciam et debemus dictum patrem et dominum noſtrum et ſucceſſores ſuos epiſcopos et homines eorundem, tam clericos quam laycos, in omnibus ſuis iuribus ſpiritualibus et temporalibus conſervare et ſi neceſſe fuerit fideliter defenſare. Teſtes H. comes de Hennenberg, Joh. Buch, Guzzo, Bortuelt, Heyſo, Haſſo ſenior de Wedel. Datum Berlin, Anno Domini MCCCXXXVII in vigilia annunciacionis beate virginis.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geheimen Staatsarchives f. 98. Die ( ) Worte fehlen in der Abſchrift.

XXVI. König Karl IV. beleihdingt die Herzogin Agnes von Stettin mit dem Herzogthum Stettin und den Landen Bernſtein, Groswin und Demmin, am 12. Juni 1348.

Wir Karl, von Gots Gnaden Romiſcher Kung, ze alle Zeiten Merer des reichs vnd Kung ze Beheim, Verichen vnd tun Kunt offenlich mit diſem Brif allen den di in ſehent, horent oder leſent, daz geſtanden iſt in der Gegenwertigkeit vnſer Künglichen Majeſtat, der hochgeborn Barnym, Hertzog ze Stettin, Pomeraner, Wynden vnd Caſſuben, vnſer Fürſte vnd

liber Neue, mit bedachtem Mut nicht von Irrefal, funder von gutem Willen, vnd hat der hochgeborn Agneten, feiner elichen Würtin, geleicher Weis, als ob fi gegewertig wer, gegeben, vereichet vnd vfgeben ze einem rechten Leipgeding das hertzogenthum ze Stettyn mit aller Zugehörung vnd di Lant ober Oder vnd benamen Bernftein, Grofswyn vnd Demeyn, mit allen eren Krentzen, mit Steten, Henfern, Merkten, Dörffern, Mannen, Manfcheften, Welden, Pufchen, Wazzern vnd Wazzers Lauften, Bergen, Gründen, Slichten, Zöllen, Mauten vnd mit allen rechten, Gnaden, Freyheiten, Gülden, Zinfen, Eren, Nutzen vnd mit aller Zugehörung, war an daz fey, oder wie man daz mit funderlichen Worten benomen mak, vnd hat vns gebeten fleiffigclich, daz wir diefelben Gabe vnd Vfraichung des vorgenanten Leipdings gerüchten ze befteten vnd beueften von vnfer Kunglichen Gnaden. Des haben wir angefehen die fleizzigen Bet des egenanten vnfers Fürften vnd Neuen, vnd beftetigen derfelben hochgeborn Agneten Hertzoginne, feinem elichen Weyb, geleicher Maffen, als ob fi gegenwertich were, dazfelb Leipgeding mit allem, daz dar zu gehört, nichtz vsgenomen, alz vorgefchriben ftet: vnd leihen Ir daz zu allen den Rechten vnd Gewonheiten, als Fürftinne Leipgeding billig haben follen, mit folchem Vnderfcheid, Wer daz der vorgenant hochgeborn Barnym, vnfer Neue vnd Fürfte, mit derfelben hochgeborn Agneten, feinem Weib, Erben gewünne, fo fol daz Halbtheil des Leibgedings der vorgenanten Hertzoginne beleiben vnd das ander Halbtheil Ir beider Erben. Wer aber, daz der vorgenant Barnym Hertzog ftirb, dar Er nicht Erben mit Ir liezze; So foll fi das vorgenant Leipding frey vnd on allez Hinderniffe behalden, alle di weil vnd fie im Witwen Stul befizt. Wen fie aber einen andern Man neme, fo mügen fie des vorgenanten Barnym Hertzogen irs Mannes rechten Erben mit Zwelftaufend Marken lötigs Silbers von dem vorgenanten Leipgeding abweifen, vnd wen fie ouch deffelben Geltes von feinen rechten Erben bezalt wirt, So foll fi In deffelben Leipgedings abtreten one Widerfprechen vnd on alles Hindernizze. Vnd des zu Vrkund geben wir difen Brif, befigelt mit vnferm Kunglichen Infigel, der geben ift ze Cznoyme, nach Criftus Geburt drwzehenhundert Jar vnd in dem Ahten vnd virzigften Jar, an dem Donerftag vor fant Vitus Tag, in dem andern Jar vnfer Reiche.

Nach von Dregers's Abfchrift. In lateinifcher Ausfertigung ift diefe Urkunde in Nettelbla's Greinir III, 115 enthalten.

XXVII. Markgraf Ludwig gewährt der Stadt Berlinichen die Lagerholzgerechtigkeit in der Landsberger Haide, am 26. September 1348.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. difcretis viris confulibus et univerfis civitatis noftre nove Berlin civibus prefentibus et futuris talem graciam fecimus per prefentes, videlicet dantes ipfis plenariam facultatem colligendi et recipiendi et deducendi ligna iacencia brevia five longa cuiufcunque condicionis, que vulgariter Legerholtz nuncupantur terram tangencia de merica Landifperg pro fua neceffitate quacunque ad fua commoda indigent et ad ignes. Annuentes et ipfis eciam per prefentes, quod meatus vicinos et aditum per vias ufitatas et publicas ad alias mericas potuerint ad colligendum ligna, fi que educere pro fuis ufibus decreverint, quocies ipfis

videbitur expedire, Inpedimento noſtri, noſtrorum advocatorum aut ſubſtitutorum preſentium et quorumlibet eciam futurorum quieſcente. In cuius etc. Teſtes Haſſo ſenior, Wolffſteiner, Oſt, Haſſe de Valkenborg, Th. Brederlow, milites, et Haſſo de Vchtenhagen. Datum Nove Berlin, feria VI ante Michaelis, Anno MCCCXLVIII.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geheimen Staatsarchives f. 236, einem Diplomatar. der Steinwehr'ſchen Bibliothek in Breslau und einer Hackwitz'ſchen Abſchrift.

XXVIII. Markgraf Ludwig ermäßigt die Urbede der Stadt Berlinichen, am 1. Januar 1349.

Nouerint etc. quod nos etc., intuentes fidelitatis conſtanciam diſcretorum virorum, conſulum et vniuerſitatis ciuitatis noſtre Noue Berlin, fidelium noſtrorum, nobis hactenus exhibitam et in antea fidelius exhibendam, et in refuſionem et ſubleuamen laborum et ſuppreſſionum, propter noſtri conſeruacionem cum beneuolencia factorum ſeu perplexorum, condeſcendimus et condeſcendere decreuimus ipſis per preſentes in penſione ipſorum annua in quinque marcis argenti brandenburgenſis, ſic quod deinceps ſingulis annis XL marcas premiſſi argenti, duobus terminis anni, videlicet in feſto beate walpurgis XX marcas, et in feſto beati Martini continue ſubſequentis totidem, nobis noſtriſque heredibus erogare tantummodo debebunt curſibus temporum ſempiternis, litteris et priuilegiis noſtris, ipſis pridem ſuper quodam condeſcenſu propter ſolucionem terre noſtre luſiſs datis, premiſſis non obſtantibus, ſaluis permanentibus, ipſas ſeu ipſa ſecundum continenciam ipſarum in ſuo vigore volentes inviolabiliter obſeruari. In cuius etc. Teſtes Ludwicus de Wedel, Wolfſtein, Bombrecht, Haſſo de Valkenburg, Th. Brederlow, milites, h. de Vchtenhain, Wolff. Datum Noue Berlin, Anno M°. CCC°. XLIX, in die Circumciſionis domini.

Aus einem Diplomatar. der Steinwehr'ſchen Bibliothek in Breslau und einer Hackwitz'ſchen Abſchrift.

XXIX. Markgraf Ludwig verleiht den Brüdern Claus und Otto von Schöning zum Erſatz für erlittene Schäden das oberſte Gericht zu Churſdorf, im Jahre 1350.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. penſatis dampnis ſtrenuorum virorum, Nicolai et Ottonis fratrum dictorum de Scheningen, fidelium dilectorum noſtrorum, in ſeruicio noſtro uſque in hodiernum diem perceptorum, in quorum dampnorum refuſionem ipſis, ipſorumque veris etc. contulimus et preſentibus conferimus ſupremum judicium ville noſtre Conradeſtorp cum ſingulis et vniuerſis ſuis pertinenciis, ex jure uel ex debito pertinentibus, ſub modis, formis, juribus,

commodis et honoribus, quibus nos id ipsum iudicium possidemus, a nobis in antea debito pheudi titulo sine impedimento quolibet pacifice et quiete perpetuis temporibus possidendum. In cuius etc. Testes Hasso et Hasso de Vchtenhagen de Wedel etc. Datum Soldin, Anno M°. CCC°. L°.

Aus Hackwitz'scher Abschrift und Dickmann's Urkunden-Sammlung f. 262. — In einer dritten Abschrift, wornach der Abdruck in der Schöning'schen Geschlechtshistorie erfolgt ist, heißen die Zeugen: Hasso de Vchtenhagen und Hasso de Wedel.

XXX. Markgraf Ludwig verleiht den Gebrüdern Conrad und Albert Toyten, Schulzen zu Berlinichen, statt des Dorfes Wendisch-Petzick Groß-Dickow, am 30. September 1351.

Nouerint etc. quòd nos Ludovicus etc. nostro et illustrissimorum principum, Ludovici Romani et Ottonis, Marchionum Brandenburgensium, fratrum nostrorum karissimorum, nomine, pensantes et considerantes fidelia seruicia, nobis exhibita et facta per strenuos viros, Conradum et Albertum, dictos Toytin, fratres, fideles nostros dilectos, prefectos in Noua Berlin, et quia ex mandato nostro speciali renunciauerunt sponte, ad voluntatem et vsum nostrum, ville Slauicali Petzick, ipsis et eorum veris legittimis heredibus contulimus et conferimus villam nostram magne dykow cum omni iure, commodo, fructu, prouentibus, honore et redditibus vniuersis, quibus predicta habuimus et tenuimus, excepto duntaxat seruicio nostro vasallatus et iudicio supremo, quod nobis et nostris predictis fratribus reseruamus, iusto pheudi titulo a nobis perpetue in solidum et manu coniuncta habendam, tenendam et pacifice possidendam. In cuius etc. Presentibus Lochen, Saczenhouer, Husener, Ber. magister coquine. Datum Lippene, Anno M°. CCC°. LI°., feria sexta post Michaelis.

Aus einer Hackwitz'schen Abschrift und Dickmann's Sammlung f. 255.

XXXI. Markgraf Ludwig der Römer verpfändet dem Johann von Wedel für die Auslösung seiner Pfänder in Lippehne die Bedehebung von Jädickendorf und Woltersdorf, am 30. Mai 1354.

Noverint universi, quod nos Ludovicus Romanus etc. Strenuo Johanni de Wedel, camere nostre magistro et fideli nostro dilecto, et suis heredibus in CXXXII marc. argenti Brandenburgensis ex causa mutui et quibus nostra pignora quitat in Lippene, obligamur, pro qua quidem pecunia ipsis precariam tam denariorum quam frumenti carnium et servicium curruum cum omnibus serviciis realibus et personalibus et universis et singulis aliis iuribus, que nobis competunt vel competere poterunt, villarum Godekendorp et Wolterstorp dimisimus et conferimus per presentes, Sic quod dum primum fideles nostri dilecti Th. Morner prepositus Bernowensis,

prothonotarius noſter, et ſui heredes ſuam integram et ex toto exceperint pecuniam ipſis in precaria dictarum villarum deputatam, iuxta continenciam noſtrarum literarum deſuper confectarum, memoratus Johannes Wedel et ſui heredes de prefata precaria et aliis proventibus et iuribus ſupradictis intromittere debebunt ſine deſalcacione et perceptorum imputacione in ſortem principalem computandam tamdiu tollendam, quouſque ipſis de Wedel prenarrata pecunia per nos aut heredes noſtros fuerit perſoluta ſine impedimento quolibet noſtri et noſtrorum officialium quorumcunque. In cuius etc. preſentibus Wantſchleve, Alvensleve, Hen. de Vchtenhagen, Nic. Szack, Otto de Sliven, Kokeritz, Ny. Witte et Otto Morner cum ceteris. Datum Frienwold, Anno MCCCLIV feria VI ante pentecoſtes.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 241.

XXXII. Markgraf Ludwig der Römer verpfändet denen von Schöning die Bede zu Deetz und Churſdorf für 17 Marck Silber, am 1. December 1354.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. ſtrenuis viris Henningho, Nicolao et Ottoni, dictis de Scheninghen, et eorum heredibus, fidelibus noſtris dilectis, obligavimus et preſentibus obligamus totam precariam denariorum, frumenti et curruum villarum theutunicalium Detz et Conradeſtorp, ſitarum in diſtrictu Lippen, et tamdiu tenendam et pacifice poſſidendam cum omni jure, ſicut nos ipſam habuerimus et habemus, quouſque XVII marcas argenti brandenburgenſis exceperint ſub deſalcacionis titulo de precaria ſupra dicta. In cuius etc. Actum Strusberg, Datum vero Tanckow, Anno MCCCLIV, in craſtino beati Andree.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geheimen Staatsarchives f. 166.

XXXIII. Markgraf Ludwig der Römer geſtattet denen von Wedel die ihnen aus Berlinichen und Woldenberg verſchriebenen Hebungen durch Pfandergreifung einzutreiben, am 19. Juni 1355.

Wir Ludewig der Romer etc., bekennen vor Vns vnd vnſen lieben Brodern Marggrafen Otten, iſt, daz vnſern lieben getruwen ritter Haſſo von Wedel zu Vchtenhagen vnd Wedige, zinen veddern, edder iren erben bruch wirth an vnſe pflege vnſer ſtede Woldenburg vnd Berlin, de wir im vorſzatz vn gelatzen haben, iſt daz ze inen die nicht geben, wan zie gevallen ſullen; zo ſullen vnſe voygete, die nu zin vnd zukomende zin in vnſen Landen vff diſſith der oder, in phande helphen von den ſteten, die vorbenomet zin, vor die ergenannten ple-

gen, daz zie vorſzetzen in juden vnd in criſten. Teten vnſe voygede des nicht, wan zie des van en eyſchen, zo geue wir Haſſen vnd Wedigen van Wedel oder iren eruen vnſe fulle gewalt vnd macht, das ſie es ſelben mogen ton, mit vnſen guten willen, ane allerley geferde, vnd ſullen des irer frunde genitzen, zo zie allerbeſt moghen. Vorbaſz zal ſtan vff vnſes rates zwen vnd irer frunde zwen vm XX marck ſulber geldes, dar wy inn noch ſcholen vorguden vnd redelichen ſchaden, den zie darvm gedragen haben vnd noch dragen moten, wath zie vns darvm heyten, das wille wir vnd ſcholen ſtete holden. In cujus etc. preſentibus Wulkow, Szack, Johanne de Wedel, militibus, Ottone et Theoderico de Morner. Datum MCCCLV, feria VI ante diem beati Johannis Babtiſte.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geheimen Staatsarchives f. 172.

XXXIV. Markgraf Ludwig vereignet auf Antrag der Toyten einem Altare zu Berlinichen gewiſſe Hebungen, am 8. November 1361.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. ob iugem et perhennem memoriam etc. et ſpecialiter ad requiſitionem dictorum Doyten appropriamus reditus ſub nominatos videlicet, duos choros ſiliginis annui pachtus ſitos in molendino ante civitatem noſtram nove berlin et denarios dictos vulgariter Stede pennynghe in dicta civitate et de aliis ipſorum redditibus in tantum, quod ſimul ad ſex fruſta reddituum annuorum ſe extendunt, cum quibus dicti Doyten procuraverunt et ordinaverunt celebrari primam miſſam in eccleſia parochiali ibidem ad altare dicte prime miſſe in eadem eccleſia parochiali iam dicte noſtre civitatis in continuo ſingulis diebus, proprietatis titulo quiete et pacifice et ſine impedimento quorumlibet pertinendos. Renunciantes et pro nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris omni iuri, accioni et impeticioni, quod nobis in dictis redditibus quoad ipſam proprietatem competunt etc. In cuius etc. Ludovicus et Haſſo et Wedigo de Wedel et Henningus de Brederlo cum ceteris. Datum Soldin, anno M. CCC. LXI feria III^a. ante martini.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geheimen Staatsarchives f. 170.

XXXV. Markgraf Ludwig der Römer verſöhnt ſich mit den Rathmannen und Bürgern Berlinichens, welche die Stadt nicht gebührend bewahrt haben und behält ſich die Beſatzung des Mühlenthores vor, im Jahre 1362.

Wir Ludewig etc., Bokennen etc., dat wir den willen Luden, den Ratmann vnd den gemeynen Borgern to nigen Berlin vorgeuen hebben vnde hengeleget allen unmuet vnde vnwillen,

die wir gegen ſie hadden vnd dragen, darvmme, dat ſie vnſe vorgenante Stat verloren vnde die nicht bowarden, als ſie billich ſolden. Ock hebben wie vns, vnſem Bruder vnde vnſerm eruen beholden dat molendor, dat moge wie ſuluen ynne hebben ader bevelen, weme wy willen, vnde we dat dorinne hefft von vnſer wegen, die mogen laten viſchen vp der ſtat watern tho erer Koſt, wenne ſy willen, an mit dem groten garne. Sie mogen ock holt laten hoggen vnde foren to erer furunghe in der ſtad holte an allerlye widderrede. Wenne wy ock ſuluen dar kamen, ſo mogen wy laten viſchen myt dem groten garn to vnſere koken, die wiele wy dar ſint. Wie beholden ock vnſ eyne molen, welke wy willen vnde kyſen, dy der ſtad vor geweſt is. Wert dat wy in andern molen, die to der ſtad gehorn, dar ſullen wy keynen matten von geben. Wy laten ſy ock ledich vnd loes eres geſchates vnde erer plege, die ſy vns alle jar plichtich ſyn to geuen, die negeſten twe jar, die na eynander kamen, dat is nu vp ſunte Martins dach vnde vort twe jar. Wie geuen en ock wedder alle ere Vryheit vnde alle ere rechticheit, die ſy hebben, ane dy ſtucken, dy wy vthgetagen hebben, die hyr vorgeſcreffen ſtahn. Willen wy ock odder die dat dor von vnſern wegen ynne hebben, dat dor veſten odder betern na vnſen willen, dat ſal wedder ſie nicht ſyn, vnd ſollen vns vnde dy vnſern dar to beholpen ſin, wenne wy edder die vnſern an ſy dat vormuden vnde begeren. In cujus etc. preſentibus Haſſone de Vchtenhagen, Haſſone de Valckenburg, Wedegone de Wedel, Dobirgaſto, militibus, Johanne de Wedel, Gevenhardo de Alvensleben, Guntero de Valkenwolde et Ottone Morner. Datum etc. Anno MCCCLXII.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 74.

XXXVI. Markgraf Ludwig der Römer vereignet dem Rath zu Lippehne 19 Hufen auf der Stadtfeldmark, am 4. April 1362.

Noverint univerſi etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. dedimus, damus, preſentibus quoque voluntarie donamus viris diſcretis civitatis noſtre Lippen conſulibus proprietatem XIX manſorum infra limites campeſtres eiuſdem civitatis ſituatorum, quos antedicti conſules rite et rationabiliter a viro diſcreto heynrico Bellingen pro parata ſua pecunia compararunt, quos ſibi idem Heinricus ad uſum eorundem conſulum in noſtra preſencia conſtitutus renunciando libere dimiſit, habendam, tenendam perpetuis quoque temporibus ſine noſtra et quorumlibet proprietatis titulo quiete et pacifice poſſidendam. In cuius etc. teſtes Haſſo de Valkenberg, Wedego advocatus, milites, Johannes de wedel et Otto morner. Datum Soldin, anno domini MCCCLXII., feria ſecunda poſt dominicam iudica.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 73. 122.

XXXVII. Markgraf Ludwig der Römer vereignet der Stadt Lippehne eine von Henning von Brederlow erkaufte Mühle, am 20. Juni 1363.

Wir Ludewig etc., bekennen apenbar, vor vns vnde vnſern Bruder Marggrauen Otten, dat wy vorlegen hebben etc. den Boſcheiden Luden vnſzern getruen Ratmann to Lippene dy mole, die gelegen is vor vnſer ſtad to Lippene, dy ſy von henning Brederlow, vnſzem liben getruwen, vnde ſulke rechticheit, die he vnde ſine erſnamen hir an gehat hebben, vmme ere gerediſch gelt redeliken vnde recht gekoufft hebben, die ock dy vorbenannte henning vor vns to der egenannten Ratmannen hant willichliken vns vpgelaten hefft, ... alſzo to kamend ſint dy ſuluen mole forbat to alden tiden, mit allen eren, rechten, nutten vnd gudern, dy dar to geboren vnde dar aff geuallen mogen, hebben, holden, genyten ſullen vnde als ere recht Leyn, ſunder vnſer vnde allermenlichs hinderniſſe fredelicken Boſitten. Mit orkund etc. preſentibus Wedegone de Wedel, Dobirgaſt de Oſt, militibus, et Ottone Morner. Datum Berlin, feria tertia ante feſtum Johannis Baptiſte, anno Domini MCCCLXIII.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 75 und 4.

XXXVIII. Markgraf Ludwig räumt der Stadt Berlinichen das ihr abgenommene Thor wieder ein, am 5. Juli 1363.

Wir Ludewig der Romer etc. dhon wetenliken allen Luden von vnſ vnd vnſers Bruders Marggrauen Otten wegen, dat die ratmanne vnſer ſtad tho nigen Berlin met vns tho diſſe male ſzo gedegedingt hebben vnd vns darvmme gedan, als ſich dat dorvor behoret, dat wy en geledigklichen vnd fry wedder yn geantwordt hebben vnd gelaten, vnd antwerden ock met diſſeme briff dat dor derſelben vnſer ſtad, dat wy vnd vnſe ambachtslude van vnſer wegen wente her ſuluen inne gehad hebben, met allen dem, dat dartho gehort vnd dar met wy ock edder vnſe ambachtslude dat ſulue dor inne gehat hebben, alſzo dat ſy des na der ſtad nutte gebruken mogen vnd ſcholen vnd ock dat bewaren, na vnſerm vnd der ſuluen ſtad beſte, als ſy dat beſte mogen. Vortmer hebben wy en ock ſulke genaden gedan, dat wy ſe ouer twey jar ledich, fry vnd loſz gelaten hebben vnd laten ers jerliken geſchotes vnd plege, der ſie vns alle jar plichtig ſin to geuen vnd ſeggen ſy ock dar von den vorbenumeden twen jaren ledich vnd los met diſſeme Bryff. In cuius etc. preſentibus Haſſone de Valkenborch, Petro de Bredow, Johanne de Rochow, militibus, Johanne de Wedel, Ottone Morner cum cet. Datum Strutczberch, anno domini MCCCLXIII, feria quarta infra octavam apoſtolorum petri et pauli.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 86.

XXXIX. Markgraf Ludwig überläßt der Stadt Berlinichen bis zur Tilgung einer Schuld die Früchte des obersten Gerichtes, am 11. November 1363.

Wir Ludewig etc., bokennen etc., dat wy hebben vorsettet den wisen vnde erbarn ratmannen vnde der gemeynheit to Nyen Berlin vnse ouerste gerichte in der suluen stad vnde wat dar aff geuellet vor vierhundert marc vinckogen mit alsodaner vnderscheit, wenne sie des gerichts alszo viele genoten hebben, alse de vorbenumede Summe is, so es vnser gericht vnde brieff ledich vnd loesz. Mit Orkunde. Datum Soldin, anno MCCCLXIII. die Martini episcopi.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 299.

XL. Markgraf Ludwig der Römer verleiht dem Cune Blume und Claus von Schöning das Angefälle von einem Drittel des Schulzenamts zu Lippehne, ohne Datum.

Wir Ludwig der Römer etc., bekennen vor vns vnd vor vnsern Bruder, dat wir geligen hebben vnd ligen mit dissem den bescheiden Manne Kunen Blume vnde Claus von Scheninghen vnde iren rechten ersgenamen eyn recht angefelle des dritten deils vnsers schultambachtes to Lippene, dat nhu inne hest vnd besittet Gerike Vorman, also wenne derslue Gerike von dieser Werlde scheidet, dat denne dat vorberurde dritte deil an den obgesagden Kunen vnnd Clausen vnd iren rechten Ervgenamen gevallen sall vnde denne vorbad genyten, holden vnd fredeliken besitten vnd daran von vns, vnsern nhakommlingen vnd von vnsern ambachtsluden vorbads vngehindert bliuen. To Vrkund etc. presentibus Petro de Bredow, Nicol. Bismark, Gebhardo de Alvesleve. Datum Lippene etc.

Aus alter Abschrift. — Diese Urkunde ist in der Schöningschen Geschlechtsgeschichte mit dem Datum feria Marie Magatom etc. LXV., angeblich aus dem Lehnsarchiv zu Frankfurt mitgetheilt, dies Datum jedoch unzweifelhaft weder in der Jahresangabe zutreffend, noch in der Bezeichnung des Tages richtig.

XLI. Markgraf Otto gestattet der Stadt Lippehne die Anlegung einer neuen Straße und die Erhebung eines Wegegeldes, am 15. August 1367.

Wir Otto etc., Bekennen etc., das wir dem bescheiden luten, den Ratmannen zu lippene, vnsen liben getruen vnde ouch der selben vnser Stad zu bequemlicheit des gegunnet vnde gelobet haben, vnde loben och mid desem briue, daf sy eynen wegk mogen machen vnde bessern vor der stad lippene, das die vorwogen deste baf dar mogen hin gen. Ouch mogen sy mit vnser gunst

vnd gutten willen nemen von jedem pherde, das eyns gaſtes iſt vnde das dar hine geit, eynen vinken, ane allermenliches wederrede. Wer ouch, das wir koren, das vns vnd vnſen landen ſchaden dar an lege, ſo mugen wir denne dy gnade weder ruffen, wen wir wollen. In cuius etc. Preſentibus Swartzburg Gunthero, Johanne de rochow, Conrado de Slewen et Gebhardo de aluenſleuen. Datum lippene, Anno M°. CCC°. LXVII°. in die aſſumpcionis marie virginis.

Aus Hackwitz'ſcher Abſchrift.

XLII. Markgraf Otto verleiht dem Claus von Schöning einen Freihof in der Stadt Lippehne, am 15. Auguſt 1367.

Wir Otto etc., Bekennen etc., das wir den veſten manne Clawſe von ſchynyngen, vnſen liben getruen vnd ſynen rechten erben, haben vorlegen vnde vorlien ouch mit diſſem brieue vor ſynen ſchaden, den er in vnſem dinſte had genomen, eynen hoff in der Stad zu lippene, den wir dar inne haben, vrie ane allerleye wacke, ane ſchot vnd ane allerley vmplicht, von vns zu eynen rechten lehn zu habende vnd ane allerley hinderniſſe zu beſitzen. In cuius etc. Preſentibus Guntero Swartzburg, Johanne rochow, Conrado Sleuen et Gebhardo aluenſleuen. Datum lippene, anno M°. CCC°. LXVII°. die aſſumpcionis marie.

Aus Hackwitz'ſcher Abſchrift.

XLIII. Markgraf Otto vereignet der Stadt Lippehne Hebungen aus dem Hufenzinſe der Feldmark, am 4. März 1369.

Wir Otto etc., bekennen, daſ wir mit wolbedachten mote vnd mit rade vnſes rades, durch beſſerunge willen vnſe ſtadt lippene, zy zu veſten an graben vnd an weren vnd ouch anders, wor er des nod is, haben voreigend vnd voreigenen mit kreſte diſes briſes, den wiſen vnd boſcheiden luten, den Ratmannen, gildemeiſtern vnd gemeynen borgern vnſer vorgenanten ſtad lippene, vnſen liebn getruen, die da ſint vnd noch zukommen, den huben zins obir die huben der vorgenanten, den ſie vmme ire pfennige von den boſcheiden manne, heyſen Retzin, burger daſelbes zu lippene, vnſem liben getrwen, gekouſt haben, der mit enander jerliches vf dre marck lutiges ſulbers louſen mak, mit allen eren, nutzen etc., als der vorgenante heyſe den zins von vns zu lene gehabt vnd boſeſſen hat, von nu vnd vorbas zu eynen rechten eigen zu der vorgenanten Stadt Ratmanne, gildemeiſter vnd gemeyner burger nutz vnd vruchten geruwelichen vnd frydelich

zu ewiger zyt vnd ane allerley hinderniſſe zu haben, zu halten, genieſsen vnnd zu boſitzen. Vnd vorzien allis rechtis vnd anſprake, die vns vnd vnſern erben vnd nachkomen an den vorgenanten gute an ruret etc. In cuius etc. Preſentibus Johanne de rochow, hermanno de vulkowe, Haſſone de wedel, militibus, nicolao de biſmarke, Gunthero de werczenſleue, Ottone morner etc. Rudolfo prepoſito in Stendal. Datum Nienſtadt, Anno domini M°. CCC°. LXIX°. Sabbato ante dominicam oculi mei.

Aus Hackwitz'ſcher Abſchrift und Dickmann's Sammlung f. 157.

XLIV. Arnt von der Oſt, Landvogt des Markgrafen Johann in der Mark, belehnt die von dem Hagen mit Gewäſſern bei Berlinichen, welche die Toyten beſeſſen haben, am 5. April 1392.

Vor allen Chriſtenlüten, die diſſen Brieff ſehen odir hören leſin, bekenne ich Arnt von der Oſte, eyn Voyt in der Marke, daſz ich von des Hochgeboren Forſten wegen her Johan, hertzog czu Görliz vnd ein Marggraue von Brandenburg, mynem gnedigen Herren, lye vnd gelegin habe czu einem rechten Leene vnd Erbe her Melchior vnd Bolten von dem hagene, Brudern, vnd eren rechten Erben vnd allen den von dem hagene, die des Geſchlechtes ſynt, den See, der da heiſzet die Riſperwitz vnd den Mozekow, zwüſſchen dem Koppenſee vnd dem Hückleinſee, vnd alle die Waſſir, die czu nuwen Berlyn horen, mit allerleye Rechtikeit, alſo ſy dy Toyten haben gehat, vnd mit allirley Nutz, den drütten Pfennig vnd Fiſch von denzülven Zeen vnd wäſſeren. Ober dieſer Lyunge iſt geweſt Clawes van der Marwitz, Hans von Brederlow, Hans Horker, Cune Libental, Peter Lettenyn vnd andir myns herren Man, die dorobir ſind geweſt. Czu eyner Hoger vnd Beſſir bewaringe habe ich vorbenumete Arnd von der Oſt mit gutem willen vnd wiſſenſchaft myn Ingeſigel laſſen hengen vor diſſen Brieff. Datum in Soldyn, anno domini milleſimo tricenteſimo nonageſimo ſecundo, feria ſexta ante Palmarum.

Aus einer Dreger'ſchen Abſchrift.

XLV. Markgraf Johann belehnt die von Waldow mit ihrem Antheile an Königswalde und mit verſchiedenen Beſitzungen, am 20. Juni 1477.

Wir Johanns etc., bekennen offintlich mit diſem briue — dat wy angeſehen vnd erkant hebben getruwe, willige vnd annehme dinſte, die vns vnſe liuen getrewen hanns von Waldaw

to konigſzwald vnd hanns vnd hans, gebrudere, Caſpar von Waldows, Ritters, ſeligen Sone alle vedder vnd brudern, offte vnd dicke to dancke gethan hebben, degelich dhon vnd furder mehr wol dhon ſchollen vnd mogen. Darvmme vnd ok von erer vlytigen bede wegen hebben wy en vnd eren rechten menlicken liues lehens eruen to rechtem manlehen vnd to geſampter hant gnediglich verlegen deſſe nachgeſchreuen ſehen vnd gudern, mit namen hannſen von Waldaw to koniſzwalde Sin andeil darſulueſt mit allen gnaden, freyheitten, gerechtikeiden, mit wateren, Sehen, Dicken, mollen, heiden, welden, wyſzen, ackerwercken vnd ſuſz mit allen anderen togehorungen, Alſz ſick deſz ſein vater gebrucket, yn vnd vp en geeruett hefft. Item den Oſterwalt, Item kollczen, Item herczigenwald. Item czu Glitzen eynvndczweintzig huben, uir richt huben vnd Seuenteyn tinſzhuben, negen koſſaten vnd den kruch, mit allen gnaden, freiheitten, gerechtickeitten, holtten, welden, watteren, viſcherien, Dycken, Mollen, Greſingen, weſen, Schepperien vnd ſunſt mit allen anderen czugehorungen, alſz ſein vater vnde vorollderen gehabt, gebrucket vnd vff Im geerbet haben vnd hannſen vnd hanſzen, gebruderen, Er Caſpar von Waldows Seligen Sonen, to Blanckenfelde viff wiſpel Rocken, viff wiſpel haueren, einen wiſpel vir ſcheppel gerſten, twey wiſpel acht ſcheffel haueren bedekarne, acht halue Schock geldes ane veſſtehaluen groſchen, Item twey ſchock huneren, Item virthaluen ſchock vnd vyr Eyer, Item to nydderen ſchonhuſzen twei vnnd twinttich Scheffel Rocken, tweyvndtwinttich Scheffel hauern, ein haluen winſpel gerſten, virdhaluen Schock minus vir groſchen, anderthalff ſchock vnd acht huner vnd twei ſchock vnd ein mandel Eyer. Item to wardemberge vir wiſpel vnd dritthaluen ſcheffel rocken, vir winſpel haueren ane halffen Scheffel, Sechteyn ſcheffel gerſten, virdhalff ſchock ane eylſthaluen groſchen vnd Newen huner. Item to hogen Schonhuſzen drew wiſpel Rocken ane Sechil ſcheffel, veſſtig groſchen vnd ſoſz huneren. Item to lindemberge anderhalff wiſpel rocken, dreyſſigk ſcheffel haueren, ein wiſpel gerſten vnd vir huner, mit allen gnaden, freyheiten, gerechtikeitten vnd tobehorungen, Alſz dy gnante Er vader gehabt, gebrucket vnd up ſie geeruet hefft. Vnd wy leyhen In allen ſolicke lehen gudere Jerlicke tinſze vnd Renthe vorbeſtimt, dy ſy iczunt haben vnd haben werden, to rechtem manlehen vnd to rechter geſampter hand, In Crafft vnd macht deſſes briues etc. — Wy hebben en ok die gnad gedhan, dat en ſonderlick rawch vnd brode an ſolicker geſampter hant vnſchedlick ſin ſchal. To vrkunde med vnſerm anhangenden Inſigell verſigelt vnd gegeuen to Colen an der ſprew, am fridage nach Sandt veytzs tag, Anno etc. LXXVIIten.

Nach dem Churmärk. Lehnscopialbuche XXV, 80.

XLVI. Kurfürſt Johann beſtätigt der Stadt Berlinichen ihre Urkunden, welche ſie in den Pommerſchen Kriegen Friedrichs des Aeltern eingebüßt hat, etwa vom Jahre 1486.

Wir Johanns, von gotts gnaden Marggraue zu Brandenburg, Churfurſt etc., Bekennen offintlich etc. — alſzdenn vnſen liuen getrewen, den Borgern vnſer Statt nyen Berlin Ire priuilegia vnd briue, die ſie vber eigenthum, Freyheit vnd gerechtigkeit gehabt haben, In ver-

gangen krigſzleuſten In vorczeit, die der hochgeborn Furſt, vnſer lieber vetter, Marggraue Fridrich der elter, churfurſt etc., ſeliger gedechtnus, mit den Stettinſchen vnd pomerſchen herrn gehatt heſt, eyns deyls von den feynden genamen, ock eins deyls verbrant, alſo von handen gekamen ſind, dat wy en vnd oren nakomen Inwonenden borger der genannten Statt Newen Berlin, die iczund ſind vnd tokamende werden, Beſtediget vnd Confirmiret hebben Alle vnd igliche briue, die ſie noch hebben vnd wat ſie der van den verlorn wederfinden vnd bekomen mogen, mit ſambt allem orem eigendom, oren fryheiten, gerechtigkeiten, gnaden, olden herkomen vnd guden gewonheiten, vnd wy beſtedigen, beueſten vnd Confirmiren en vnd oren nakomen borgeren to Nyen Berlin alſo alle ore priuilegia vnd briue, mit allen gnaden, fryheiten, oren gerechtigkeiten, oldem herkomen, guden gewonheiten vnd eigendom, darouer ſie vormals alſo briue gehatt vnd In maten ſie von olders vnd betherto gebruket vnd beſeten hebben, In craft vnd macht diſes briues. To orkunt etc.

Ludovicus etc. ob fidelitatis et constancie sue meritum et etiam ob id, quod per ipsius circumspectam et virilem sublimitatem circa fines earum parcium emulis nostris et nobis aduersantibus eo validius resistere valeamus, dedimus, donauimus, damus et concedimus strenuo viro henrico de Wedel, dicto anesele, nobis dilecto, erigendi, construendi et universis municijs muratis muniendi seu firmandi fortalicium siue castrum prope villam dictam Gauwerde, jn acie et in loco, vbi fluuius dictus trebunysche vliet in aquam dictam Drawe fluit, liberam et plenariam facultatem, tali tamen condicione interposita uel adjecta, quod id ipsum castrum nobis heredibus et successoribus nostris contra quoscunque et sine contradiccione qualibet parere debet, tenebitur et patere. Possumus eciam gwerrarum nostrarum temporibus Capitaneum nostrum vnacum gentibus ad predictum castrum locare, taliter tamen, quod sopita gwerra ipsum illesum sine contradictione sibi versa vice, dum pecierit, presentetur. Decreuimus etiam virtute et gracia arbitracionis voluntarie per ipsum facte, Quod si ipse henricus uel ipsius heredes circa premissa vel premissorum alterum remissus uel negligens compertus fuerit, jd ipsum castrum cum suis pertinenciis cum ceteris suis bonis universis absque ulla rehabitacionis spe ad nos omni contradiccione remota deuolui et commode deriuari. In cujus etc. Datum Berlin, Anno domini M. CCC. XXXVII., in die beati Gertrudis virginis.

Aus dem Steinwehr'schen Diplomatarium der Breslauer Universitätsbibliothek.

NB. Diese Copie befindet sich auch in einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives, woraus der Gercken'sche Abdruck (Cod. III, 169) genommen ist. Der Ort heißt in diesem Abdrucke „Sauwarden," im Copialbuche steht indessen deutlich Gauwarden.

XVII. Heinrich von Wedel gelobt dem Markgrafen das Offenhalten des Hauses, das ihm zu bauen vergönnt ist, am 17. März 1337.

Ich Heinrich von Wedele, geheizzen ansele, bekenne offentlichen an disem Brise, daz ich vnd meine erben sullen vnd wollen dem hochgebornen fürsten Marggrauen Ludewig von Brandenburg vnd sinen erben vnd sinen nakomen ane geuerde vnde getrouweklichen zuwarten mit dem Huse, daz er mir erloubet hat zu Bowen, also daz ez sin offin Hus sie vf allermengelich zu allen sinen noten, als dicke ihm not geschit. Auch mag er an alle min vnd miner erben widerrede sinen Haubetman mit volke dar vf leggen, wenne he wil vnde sin nu not geschit. Tete ich des nicht vnde wenne ich daz wiedersprechе, so sol dazzelbe hus vnde alle daz gut, wie daz genant vnd gelegen ist, an den vorgenanten minen herren Marggrav Ludewig vnd an sin erben vnd nachkomen ledigliche ane alle widerrede vorfallen sein. Vnd darumb so sezen wir nu zu Borgen die vesten ritter Erichen von Wolkoue vnd Dieterichen von Blok vnde die vesten knechte Tideken von Bornen vnd Kunen Sak, Tylen Rucelig, Ludewig von

Bertekou, Henningen von Wedele, Haſſen von Ekſtede, Henninge Ruchen, Henning von Marwitz vnd andir biderve Lüte in ſogedaner beſchidenheit, wa ich di ſache adir ir dechein vare, ſo ſullen ſie vf mich beholfen ſin an verdechtniſſe, als lange daz der vorgenante min here der Marggrave gewaltig wird alles mines Gutes. Vnd wir die vorgenanten Burgen geloben daz mit guten trouwen ſtete zu holden vnd zu tune ane argeliſt vnd geben des vnſer inſigel an dieſen brief mit guter gewizzen, der iſt gegeben nach Chriſts geburt, da man zelt tuſend jar, dri hundert jar vnde ſiben vnd drizek jar, an ſande Gertruden tage.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 153.

XVIII. Haſſo von Wedel der Rothe begiebt ſich mit ſeinem Hauſe Poltzin unter den Schutz des Markgrafen Ludwig, am 15. September 1337.

Ich Rot haſſe von wedele bekenne offenlichen an dieſem briefe, Dar vmb daz mich min gnedeger herre marggraue Ludeuig von brandinburg in ſinen vride vnd ſchirme genomen hat, alſo daz er mich gein aller menlich mynes rechten vorteidingen vnd vorſprechin ſal; So han ich im hinwider gelobet vnd geheizzen, daz mein hüs vnd ſtat Bolczin im offen ſullen ſin gein aller menliche, an gein der herſchaft, von der ich ez han, daz ſint mine gneidegen herren hertogen warcizlaus kinder. Auch ſal ich ime dinen, wanne er oder ſine amptlute gebiten, mit funf helmen vnd mit funf rennern gen allermenichlich, an wider diſelben hertogen warcizlaus kinder, vf mines herren des marggrauen koſt vnd ſcaden. Were auch, daz der marggraf vf denſeluen hüs Boltzin wolk haben wolte, daz ſol er mit ſin ſelbes koſt tun. Bedorfte auch er deſſelben huſes vnd ſtad gen jemend, der der vorgeſcriben hertogen warcizlaus kinder man oder burger were, des ſol ich auch im wol günnen, alſo daz ez derſelben herren vnd kinder wille ſie. Ez iſt auch geteydinget, ob daz were, daz mir daz vorgenante hus vnd ſtat Boltzin von jmende ab worde gedrungen, mit dem ſal ſich min vorgenanter herre marggrafe Ludeuig nummer vorrichten, ez wurde mir vor wider tan. Auch ſal der vorgenante vnſer herre an allen vnſern ſachen, an die da halſe vnd lide antreffent, minn vnd rechtes alle wege gewaltig ſin. Zü vrkunde dirre teidinghe gib ich ihm diſen brief vorſigelt mit minen Inſigel. Der geben iſt zu Berlin, nach gods geburt drizen hundert jar, in dem ſiben vnd drizegeſten jare, an dem Mantage nach des heilgen cruces tag, als ez erhaben wartht.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives.

XIX. Markgraf Ludwig nimmt Hasso den Rothen von Wedel in seinen Schutz, am 15. September 1337.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc. Recepimus et recipimus presentibus strenuum virum Hasonem Rufum cum universis suis rebus, bonis et municionibus quibuscunque habitis et habendis in nostre defensionis et tuitionis presidium speciale, Volentes ipsum contra quoslibet turbatores indebitos et injuriam sibi facere volentes pro suo iure, magnificis principibus ducis Wartizlai recordacionis filiis, avunculis nostris dilectis, duntaxat exceptis, pro nostris viribus super universis causis et accionibus, mutacionem membrorum tangentibus exclusis, dum et quando sibi necesse fuerit, defensare. In cujus etc. Testes D. de Buch, Hasso de Wedel, Henningus de Poltzin cum ceteris. Datum Berlin, anno domini MCCCXXXVII, in crastino exaltationis sancte crucis.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 319.

XX. Markgraf Ludwig ertheilt dem Henning von Wedel von Poltzin die Zusicherung, daß es ihm nicht verargt werden soll, wenn er mit dem Herzoge von Pommern ein Schloß zu erlangen sucht, am 15. September 1337.

Ludouicus etc. Strenuo viro Henningo de wedel, dicto de Poltzin, dilecto etc. Volumus et intendimus te, si pro castro, quod cooperante domino ac duce Stetinensi consequi proponis et obtinere concepisti, ad quod tibi nostrum damus et adhibemus plenum et expressum consensum, inpugnatus fueris uel inuasus, pro nostris viribus tanquam ceteros nostros vasallos et subditos fideliter defensare, dummodo nobis et heredibus nostris cum ipso conquisito castro uel pluribus, si plura fuerint, perpetue sine dolo volueris obedire. In cuius etc. Datum Berlin etc. Similem literam Hasso de Wedel promisit pro eis reddere domino Marchioni.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).

XXI. Markgraf Ludwig verschreibt die Urbede der Stadt Callies zur Erhebung nach dem Ablauf der Freijahre dem Ritter Hasso von Wedel von Falkenburg.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc., deputamus presentibus et locamus strenuo militi, Hassoni de wedel, residenti in valkenborg, fideli nostro dilecto, suisque etc. pensionem ciuitatis nostre kalis, dum primo anni libertatis ipsi ciuitati indulti exspirauerint, recipiendam et colligendam — — —

Aus Hackwitz'scher Abschrift.

XXII. Wedego und Henning von Wedel bestätigen und erweitern die Rechte ihrer Stadt Neu-Freienwalde, die einen Theil ihrer Kriegsschulden dafür übernimmt, am 12. März 1338.

In nomine domini amen. Ne igitur per maliciam uel obliuionem Rei geste tollatur memoria sagax hominum subtilitas adinuenit, vt ea, que fiunt laudabiliter, literali testimonio perhennentur. Hinc est, quod nos wedego et henningus, famuli et fratres, quondam domini Wedegonis militis pie recordacionis filii, de wedele dicti, vniuersis tam presentibus quam futuris presens scriptum racione comprobacionis visuris seu audituris Recognoscimus lucidissime protestantes, Quod nos ex maturo consilio nostro et nostrorum fratrum patruorumque, videlicet haffonis militis et gotfridi, necnon senioris haffonis et frederici, dictorum de wedele, eorundemque vnanimi consensu, nostre dilecte ciuitati noue wrienwaldis pro nostro profectu et dicte ciuitatis vtilitate has omnes liberalitates et justificationes subscriptas perhennis temporibus duraturis condonauimus graciose. Primo scilicet, quod pro tributo et exactione nobis centum talenta duplici termino, videlicet quinquaginta festo walburgis et quinquaginta jn festo martini jmmediate sequenti ciues nostre ciuitatis supradicte dabunt annuatim jndilate: et ex hoc nostra dicta ciuitas habet quatuor choros siliginis in molendinis perpetue ibidem libere possidendos. Item predicta ciuitas habet censum de subscriptis vniuersis: primo de tredecim mansis in metis dicte ciuitatis situatis; item habet censum intra ciuitatem dictum rvdepenning de curiis habitancium jn eadem; item supra dicta nostra ciuitas habet censum nominatum wlgariter wordetyns de centum jugeribus et quarto dimidio jugere, de quolibet pro censu annuo solidum denariorum vsualium tollerando (sic); item nostra ciuitas predicta habet proprietatem et libertatem in omnibus sibi necessariis sub metis eius contentis, scilicet lignis, pascuis et pratis, aquis et stagnis, sic theotunice nominatis grote staritz, luteke staritz, kotzavil, lyzowe et noua piscina ante nostram mericam posita vsque pontem svakebruche et krampil, a merica vsque ad riuulum dictum holebeke cum omni vsu, vtilitate et fructu libere perhenniter optinendo. Et hiis bonis omnibus cum nostris heredibus et successoribus presentibus renuncciamus et in nostram ciuitatem Wrienwaldis et eius ciues cum omni iure transferimus supradicta. Item vnanimi consensu nostrorum fratrum et patruorum prescriptorum nostroque prenarrate ciuitati nostre dedimus et nostris ciuibus constitucionem hanc noue prerogatiue et jurisdicionis, vt quicunque villanorum terre vchtenhaghen, kerkow, wrienwaldis et zweryn bona predictorum ciuium acommodauerit et si termino persolucionis debite non persoluerit et in ciuitate repertus fuerit, coram nostro prefecto et scabinis antedicte ciuitatis ad judicium trahatur satisfaciendo debitis pro eisdem, exceptis nostris prefectis et vasallis. Sed si quis prefectorum predictorum in fideiussione uel acommodacione arbitratus fuerit secundum suum arbitrium judicialiter satisfaciet quacunque eciam contradictione non obstante. Item illud arbitrium, a nostro patre domino Wedegone dicte ciuitati datum, uolumus obseruare, vt testimonium suorum virorum fidedignorum et juratorum stabit ad iuris complementum pro racionabilibus debitis et non pro dampnis extorquendis. Item si contingerit aliquem ciuium excedere contra alium wlnerando ipsum aut occidendo et generaliter omnes cause ciuium debent coram nostro prefecto et scabinis nostre ciuitatis secundam formam iuris brandeburgensis finaliter terminari, jta quod nullatenus a nobis vel ab aliquo successorum nostrorum dicti ciues ad alium judicem aut judicium pertrahantur. Hec autem singula, vt a nobis et a nostris heredibus et successoribus dictis ciuibus irreuocabiliter obseruentur, presens scriptum nostris sigillis et nostrorum fratrum ac patruorum nostrorum cum

teſtibus ſubſcriptis duximus communiendum, Quia harum libertatum gracia de noſtris debitis racionabilibus in gwerra contractis mille marcas cum trecentis marcis denariorum dicti ciues nobis defalcarunt. Teſtes huius dominus Johannes, ibidem plebanus, jacobus krummel, ludolphus mellentyn, wyller holſte, hinricus klokow, peter brumunt, conradus ſnelle, henningus ſpenyng, paulus bomgarden, henze zylbur et quam plures alii fidedigni. Datum per manus domini martini, dicte ciuitatis vicarii, Anno domini M° CCC° XXX° octauo, ipſo die gregorii confeſſoris et pape.

Nach dem Original im Beſitz der Stadt Freienwalde in Pommern.

XXIII. Markgraf Ludwig geſtattet denen von Günthersberg die Wiederaufrichtung des von ihm gebrochenen Schloſſes Rabenſtein, am 12. Oktober 1338.

Nouerint etc. Quod nos Ludouicus et Stephanus, fratres, licentiauimus ſtrenuis viris Walthero, Gunthero, militibus, Luttege Gunthero, Iona, hertwico, matheo, henningo et copkino, filiis Volcekens, Henningo, Konſtel et copkino, filiis ſuis dictis de Guntersberg, ex mera mentis noſtre beniuolentia, vt caſtrum Rabenſteyn, quondam per nos deſolatum et deſtructum, reedificare poterint, dum voluerint, et munire munimentis, prout ipſis videbitur conuenire, dummodo caſtrum dictum butowe, quod ex conſenſu noſtro prius edificauerant, per ipſos diſſoluatur penitus et rumpatur. Debebunt etiam ipſi cum dicto caſtro et ceteris ſuis munitionibus prope netzam vel alibi habitis vel habendis et ſuis pertinentiis contra quemlibet, cuiuscunque conditionis exiſtentem, illuſtribus principibus ducis Wartizlai filiis, auunculis noſtris dilectis duntaxat exceptis, ſine dolo perpetue parere et a nobis tenere in iuſtum feodum et legale. Tenebimur etiam ipſos, vt caſtrum quondam ipſorum dictum vzſt a Polonis conquiſitum, conſequantur et rehabeant, per placita, ſi potuerimus, adiuuare, et ipſos fouere manuque tenere contra quoslibet ipſis iniuriam vel violentiam inferentes vel inferre volentes pro noſtris viribus et ipſorum iuribus fideliter defenſare. Non debebunt etiam ipſi polonos quovismodo inuadere, niſi de noſtro conſenſu fuerit et beneplacito voluntatis. In cuius etc. Teſtes vt ſupra. Datum Kungesberg, anno domini M. CCC. XXXVIII., feria ſecunda ante Galli.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).

XXIV. Markgraf Ludwig erläßt der Stadt Nörenberg zu ihrer beſſern Befeſtigung auf 5 Jahre ihre Abgaben, am 8. December 1338.

Ludovicus etc. conſulibus et univerſitati civitatis nurenberg etc. egeſtatem et inopiam, quibus vos perplexos et oneratos jamdudum fore cognovimus, reſpeximus et pretendere volumus

oculo gracioſo, vos ſingulos et univerſos preſentes et ſuccedentes a dacione penſionis annue veſtre ſolite, ſic quod ipſam in uſus et munimenta civitatis ipſius ſine diminucione convertatis libertavimus et a data preſencium per quinquennium continuum preſentibus libertamus, inhibentes ſingulis officiatis noſtris preſentibus et ſuccedentibus, ne vos diviſim vel pariter ad dictam penſionem veſtram annuam ſolitam premiſſo durante tempore dandam aliqualiter arceant vel compellant. In cujus etc. teſtes Johannes Buch, Beringerus Heylo, Johannes Huſener, Bombrecht, pincerna, cum ceteris. Datum Poſewalk, anno domini MCCCXXXVIII°., feria III^a. poſt Nycolai.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geheimen Staatsarchives f. 216.

XXV. Markgraf Ludwig weiſt Haſſo den Ritter, Haſſo den Aeltern, Wedeko und Henning von Wedel an, einen Schuldbetrag aus den Abgaben der Städte Soldin und Königsberg zu erheben, im Jahre 1338.

Ludouicus etc. Prudentibus viris Soldin, Kungesberg. In ſolutionem debitorum, in quibus ſtrenuis viris Haſſoni, militi, Haſſoni ſeniori, Wedekoni et Henningo, dictis de Wedel, tenemur et obligamur, penſionem veſtram, quovſque ipſis in centum et XXXVI marcis ſatisfactum fuerit, priusquam litere per nos ipſis date ſuper huiusmodi penſionis amminiſtratione annua exſpirauerint, ſine contradictione detis et preſentetis — — —

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).

XXVI. Die von Wedel und andere Theilhaber verkaufen dem Bisthume Camin den Lehnsbeſitz an Schloß, Stadt und Land Bublitz, am 27. Februar 1339.

Vniuerſis Criſti fidelibus preſencia viſuris ſeu audituris nos Haſſo miles, Haſſo ſenior de Schiuelbein, Haſſo de Valkenborg, Wedego, Ghodikinus, Henningus, patrui et fratres condicti de Wedele, Henningus, Thammo et Gherardus, filii Gherardi de Speninge, militis, metſicho ac heredes et filii Henninghi ac Copeckini, fratrum dictorum de Saynitz, famuli, recognoſcentes, quod nos vnanimi de conſenſu et matura deliberatione prehabita vendidimus et per preſentes literas vendimus venerabili in Criſto patri et domino noſtro, domino Frederico Epiſcopo totique capitulo ac eccleſie Caminenſi vniuerſa bona noſtra caſtri, ciuitatis et terre Bublitze ad nos pertinencium, preter quartam partem dictorum bonorum, quam Henningus Pauli et Paulus, ejus filius, nec non Petrus Kameke in dictis bonis habere dinoſcuntur, cum omnibus et ſingulis eorum pertinenciis ac adjacentibus quibuscunque, cum omni

jure, precaria, ſeruicio et vaſallatu ac aliis obuencionibus et emolumentis, quocunque nomine vel vocabulo nuncupentur, ſicuti in ſuis metis et terminis continentur et prout eadem in pheodum ab eodem Domino Epiſcopo, Capitulo et eccleſia hactenus habuimus: et Specialiter quicquid juris, dominii aut vaſallatus vel ſeruicii in eisdem bonis habuimus tam ex parte noſtra, quam aliorum modo alio et quocunque et jure hereditario vel pheodali ad nos pertinuit vel pertinere poſſet in futurum, pro mille octingentis et quinquaginta marcis denariorum vſualium nobis plenarie et ſufficienter certificatis. Reſignauimus eciam manualiter dictam noſtram ciuitatem et terram, dominium vtile et directum, jus vaſallaticum et quicquid juris, commodi ac vtilitatis habuimus bonis in predictis, in manus domini noſtri Epiſcopi prefati ad vſum et vtilitatem capituli et eccleſie memorate, abdicantes a nobis per preſentes et noſtris ſucceſſoribus quibuscunque proprietatem, dominium, vaſallatum ac omne jus quodcunque, quod in dicto caſtro, ciuitate et terra premiſſis habuimus vel habere poſſemus in futurum et ea transferimus in dominum noſtrum Epiſcopum predictum, capitulum et eccleſiam memoratam, nichil juris in eisdem nobis, heredibus vel ſucceſſoribus noſtris penitus reſervantes. In cujus rei euidens teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus literis ſunt appenſa. Teſtes huius ſunt honorabiles viri domini Fredericus de Eycſtede, prepoſitus Colbergenſis, Fredericus de Stegelitze, vicedominus Caminenſis, Herderus Ghemelin, cuſtos Colbergenſis, Olricus de Dewitz, miles, Hermanus Damiſſe, Godſcalcus Wedelſtede, Henningus Pauli, Paulus, eius filius, viko Droſedowe, Doringk aliique plures fidedigni ad premiſſa vocati ſpecialiter et rogati. Datum et actum Cörlin, anno domini milleſimo tricenteſimo triceſimo nono, Sabato ante dominicam, qua cantatur oculi mei ſemper.

Nach einer Abſchrift in der Dreger'ſchen handſchr. Sammlung.

XXVII. Ludolph von Wedel, genannt von Crempzow, ſtellt über die Mühle zu Pegelow einen Lehnbrief aus, im Jahre 1339.

Vniuerſis Criſti fidelibus preſens conſpecturis ego Ludolfus de Wedele, vaſallus, cognominatus de Cremptzow, cupio fore notum publice proteſtando, quod Hinrico Sukow et vxori ſue Immen ac eorum filiis Rudolfo, Jacobo et Hinrico, Gotfrido ac eorundem filiabus et eorum veris heredibus manu conjuncta contuli molendinum in Pegelow cum quinque jugeribus agrorum in verum pheodum et legale, ſine omni ſeruicio et exactione precarie libere poſſidendum ipſo jure, quo bona mea a dominis principibus meis terre noſcor poſſidere: nec debent aliqua molendina edificari ſurſum vel inferius ſuper aquam, que crampel nuncupatur, quam diu tranſit meas poſſeſſiones. Inſuper Hinricus Suckow et ſui veri heredes in ipſis aquis Crampel liberam piſcandi habebunt facultatem, hoc adjecto, quod mee ville, ſcilicet Pegelow, Dalow et Kiſterow molere debeant ad ipſum molendinum, non alicubi alias. Debeo etiam viam liberam ordinare de villa Wulkow ad molendinum ſepedictum. Ne acta et facta in tempore ſimul labeſcant cum tempore et a memoriis hominum recedant, neceſſe eſt, ea teſtibus et literis perhennari. Teſtes hujus ſunt ſcilicet Hinricus de Wedele, cognominatus Poltzin, Lodewicus de Wedele junior,

filius Lodewici, Guntherus Borckenhagen, Hinricus et Bartholomeus Vorhowere, Petrus et Gotfridus Sukow junior, Johannes Clodow, ciuis in noua Stargart. In cuius teſtimonium peracti ſigillum meum preſentibus eſt appenſum. Datum et actum in Sukow, anno domini M. CCC. XXXIX.

Nach einer Abſchrift in der Dreger'ſchen handſchriftlichen Sammlung.

XXVIII. Markgraf Ludwig hält mit ſeinen Beamten Haſſo dem Aeltern von Wedel und Thidekin von Brederlow Abrechnung nach dem Kriege mit dem Herzoge Barnim von Pommern, am 1. Januar 1340.

Anno domini M. CCC. XL., in die circumciſionis domini, in ciuitate Spandowe. Audita et cognita computatione ſtrenuorum virorum Haſſonis ſenioris de Wedel et Tydekini de Breyderlo, officiatorum noſtrorum, ipſis ipſorumque heredibus vltra ſingula et vniuerſa, occaſione guwerre et diſſenſionis cum magnifico principe Barnym, duce Stetynenſi, auunculo noſtro dilecto, habitarum, et alia quecunque noſtri nomine diſtributa ſeu percepta, in Summa Mille trecentenarum et LXX talentorum minus III ſolidis denariorum Brandenburgenſium, C et LIIII marcarum argenti Brandenburgenſis et ponderis obligati remanſimus et preſentibus remanemus. Promittentes ipſis ipſorumque veris et legitimis heredibus de ipſa ſumma reſpondere plenarie, vel ſic pro ipſa cum ipſis componere, quod in ipſa compoſitione bene poterunt contentari. Addicientes ſi in ipſorum computatione aliqua incidiſſet ignorantia vel negligentia, quod non credimus, illas ſecundum iuris exigentiam, prehabita prius inquiſitione et ſcrutinio maturo, poterimus, dum decreuerimus, emendare. In cuius etc. Teſtes Io. Buch, Betkinus de Oſt, Johannes Huſener, Beringerus Heylo, Bombrecht pincerna cum ceteris, G. Wolf.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

XXIX. Friedrich von Wedel in Mellen vergleicht ſich mit dem Domcapitel zu Camin über den Zehnten in ſeinen Pommerſchen Gütern, am 6. März 1340.

Vniuerſis Criſti fidelibus preſentes literas audituris ſeu viſuris. Ego Fredericus, famulus, dictus de Wedele, morans in Melne, cupio fore notum preſentibus lucidius recognoſcens, Quod inter honorabiles viros dominos Bernhardum, prepoſitum, Johannem, Decanum, totumque Capitulum et eccleſiam Caminenſem parte ex una, et me parte ex alia, ſuper decima ipſius eccleſie, ſuper qua inter nos utrobique aliquamdiu extitit discordatum, placitatum et concordatum

eſt, ut ſequitur, in hunc modum, videlicet quod de omnibus manſis meis, quos in feodum habeo et teneo ab illuſtribus principibus dominis ducibus Stetinenſibus, ſingulis annis in feſto Martini de quolibet manſo tres ſolidos denariorum vſualium pro decima exſoluere debeam, ſicuti in terra Doberen fieri eſt conſuetum, De quibus domini Canonici memorati et eccleſia duos ſolidos tollant pro decima ſua et tercio ſolido michi reſeruato, De quo per eosdem dominos ſum legitime infeodatus, quarto vero manſo gracia poſſeſſionis ſemper libero remanente. In cujus rei euidens teſtimonium ſigillum meum preſentibus duxi appendendum ne rixa vel diſſencio inter dictos dominos Canonicos et eccleſiam et me ac meos heredes oriatur in futurum. Datum et actum Cörlin, anno domini Milleſimo tricenteſimo quadrageſimo, feria ſecunda proxima poſt dominicam Inuocauit.

Nach dem Caminſchen Copialbuch des Pommerſchen Provinzial-Archives.

XXX. Markgraf Ludwig weiſt denen von Wedel und von Brederlow zur Tilgung ſeiner Schuld Hebungen aus Dramburg, Arnswalde und Reetz an, den 16. März 1340.

Nouerint etc. Quod nos Ludowicus etc. audita et cognita computatione ſtrenuorum virorum Haſſonis ſenioris de Wedel et Tidekini de Brederlo, officiatorum noſtrorum, ipſis Haſſoni militi, Wedekino de Wedel, Henningo de Brederlo ipſorumque veris et legitimis heredibus vltra ſingula et vniuerſa occaſione guwerre et diſſenſionis cum Ottone et Barnym, ducibus Stetinenſibus, et quecunque alia noſtri nomine diſtributa ſeu percepta in mille marcis argenti Brandenburgenſis et ponderis minus XXX duabus marcis obligati remanſimus et preſentibus remanemus. Deputantes ipſis ipſorumque veris heredibus in ſolutionem debitorum premiſſorum contributionem ſiue penſionem annuam ſolite nobis debendam ciuitatum noſtrarum Arnswold, Drauinburg et Retz a die ſolutionis debite per ſex annos continuos ſine recuſatione qualibet ipſis integraliter miniſtrandam. Volentes tamen quod Arnswold, ciuitas noſtra predicta, debendos redditus ſolum per quinquenium ipſis erogare debebit, civitas vero noſtra Retz in expoſitione penſionis ſue anni ſexti VIII marcas tenebitur pro noſtris vſibus reſeruare. Addicientes etiam, ſi in ipſorum conputatione aliqua incidiſſet ignorantia vel negligencia, quod non credimus, illas ſecundum iuris exigenciam, prehabita prius inquiſicione et ſcrutinio maturo, poterimus, dum decreuerimus, emendare. In cuius etc. Teſtes comes de ſwarzburg, Iohannes de Büch, Henricus de Riſchach, Hele cum ceteris. Datum Spandow, anno domini M°. CCC°. XL°., feria quinta ante dominicam oculi.

Nach einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in qu.) und Dickmann's Sammlung f. 282.

XXXI. Markgraf Ludwig gestattet dem Henning und Arnold von Uchtenhagen, eine Feste zu bauen, die dem Markgrafen offen stehen soll, am 2. Januar 1341.

Ludovicus etc. Henningo, Arnoldo, fratribus, dictis de Vchtenhagen, castrum sive municionem, ubicunque vobis in eisdem compecierit, erigere, construere et firmare pro vestro bene placito voluntatis, vobis facultatem plenariam dedimus, donavimus et duximus concedendam. Contulimus eciam vobis, heredibus quoque vestris ipsam municionem justi pheudi titulo et vobis perpetue possidendam, tali tamen condicione interposita vel inclusa, quod vos cum dicto castro nobis, mandatis et jussionibus nostris, officiatorum nostrorum quorumcunque singulis nostris et ipsorum necessitatibus et indigenciis quibuscunque, cuiuscunque status vel condicionis fuerint, prompte pareatis et sine suggestione doli omnibus fideliter perpetuis temporibus intendatis. Nolentes eciam dictum castrum cuiquam preter nobis, heredibus et successoribus nostris vel uni vasallorum vel subditorum nostrorum a vobis vendi vel permutari, si vos vel heredes vestros vendere vel permutare continget, quod absit, quin nobis eandem fidelitatem et promptitudinem debitam et solitam debebit et tenebitur exhibere. In cuius etc. Datum Spandow, anno domini MCCCXLI., in crastino circumcisionis domini.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives fol. 176.

XXXII. Markgraf Ludwig belehnt Ludwig, Lampert und Hasso von Wedel mit einem Viertheile des Landes Pencin, am 29. Juni 1341.

Nouerint etc. Quod nos etc. Contulimus et presentibus conferimus iusto collationis tytulo siue nomine quartam partem terre dicte Pencin cum singulis et vniuersis suis pertinentiis ex antiquo vel ex iure eidem pertinentibus, strenuis viris Ludowico, militi, Lamperto et Hassoni, fratribus, dictis de Wedel, fidelibus nostris dilectis, sub formis, modis, conditionibus et iuribus, quibus ad nos legitima deuolutione deuoluta est, sine inquietatione qualibet pacifice possidendam. Pro qua quidem collatione in sexingentis marcis paruorum denariorum Slauicalium nobis satisfactum fore publice recognoscimus ab eisdem. In cuius etc. Testes vero sunt Swartzburg, Wolffteiner, Hartmudus, magister, milites etc. Datum Wolenberg, anno predicto, feria sexta proxima ante Petri et Pauli.

Nota Litteram non habent.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).

XXXIII. Markgraf Ludwig verleiht der Gattin Hasso's des Aeltern von Wedel ein Leibgedinge, desgleichen der Gattin Wedeko's von Wedel, im Jahre 1341.

Nouerint etc. Quod nos etc. Contulimus et presentibus conferimus honeste matrone Juthe, conthorali legitime Hassonis de wedel senioris, iusti et veri dotalicii nomine, ipsius in eo requisitionibus et instantiis annuentes, videlicet XL^{a}. mansos sitos in villa dicta Prinzla, molendinum dictum Bozteri vna cum lacu sito ibidem, cum singulis et vniuersis ipsorum pertinentiis, commodis, iuribus ad ea ex iure vel ex debito pertinentibus, et prout in nobis erat vel est, quoad vixerit, sine inquietatione qualibet perpetuis temporibus possidenda. In cuius etc. Testes hartmudus, magister, grifenberg et . . . . . de Wedel cum ceteris.

Item consimilem litere precedenti, que Konegund, matrona wedekonis de wedel, de LX^{a}. mansis sitis in villa . . . . . nomine dotalicii. Testes vt supra.

Aus einem Copialbuche des Geheimen Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).

XXXIV. Markgraf Ludwig verleiht das Schulzenamt zu Callies und setzt dessen Dienstverpflichtungen fest, am 12. Februar 1345.

Ludowicus — Recognoscimus — quod discreto viro Petro Swartzen suisque veris heredibus contulimus per presentes — pheudi jure conferimus officium prefecture jn Calis cum IIII mansis ibidem et cum IX iugeribus, que dicuntur burgerlant, nec non tercium denarium in censu perticali cum omni jure et commodo, sicut ipsius petri antecessores dinoscuntur possedisse, saluo jure nostro et consuetudine nobis competenti in prefecture officio prenotato. Pro qua quidem collatione nostra sic facta prenotatus Petrus nobis cum II equis validis cum panceriis ad modum hastiferi siue sagittarii seruire debet, quandocunque in limitibus nostris Marchie fuerit requisitus. In cuius testes wolff, Husener, Swiker, altman, magister coquine. Datum Landisperg noua, Anno XLV°., feria sexta ante Invocauit.

Aus der Steinwehr'schen Urkunden-Sammlung der Breslauer Universitätsbibliothek. In der Dickmann'schen Sammlung des Geh. Staatsarchives fol. 92 ohne Datum. In Gercken's Codex ist das Document nach einem gleichzeitigen Copialbuche in folgender Form mitgetheilt:

Dominus contulit officium prefecture in Kalis Petro dicto Swarten cum omnibus iuribus, sicut ipsius antecessores tenuerunt. Pro qua collatione prenotatus petrus domino marchioni cum II equis valentibus cum panciro ad modum hastiferi siue sagittarii seruire debebit, quandocunque in limitibus terre marchie fuerit requisitus. Testes wolfftein, husener, swyker, altman, magister coquine. Datum Landsperg, anno XLV°., feria VI^{a}. ante Inuocauit.

XXXV. Markgraf Ludwig befreiet die Stadt Callies auf 6 Jahre von der Urbede, am 23. Januar 1346.

Dominus libertauit ciuitatem kaliz de penſione ipſorum annua per ſex annos continuos a feſto beate walpurgis proxime venientis, ſic quod penſio in munimenta ipſius ciuitatis euidentia conuertatur. Teſtes Burggrauius, Swartzburg junior, mütner, wolffteiner, wydenberg cum ceteris. Datum Tankowe, anno XL°. VI°., feria II^a. poſt vincentii.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).

XXXVI. Wedego von Wedel vergleicht ſich mit dem Capitel zu Camin über die Zehnthebung aus ſeinen Gütern, am 21. Oktober 1346.

Coram uniuerſis Criſti fidelibus preſentes literas percepturis Ego Wedego de Wedel, miles, recognoſco lucide in hiis ſcriptis, Quod ſuper diſſencionibus et controuerſiis inter honorabiles dominos Bernhardum, prepoſitum, Johannem, Decanum, totumque Capitulum eccleſie Caminenſis ex vna ac me et ſubditos meos ex alia dudum habitis atque motis ſuper decima, quam de villis infraſcriptis eccleſie prefate ſingulis annis ſoluere tenebamur, concordauimus et placitauimus in hunc modum, Qvod ego meique legitimi heredes vel ſucceſſores de quolibet manſo villarum ſubſcriptarum, videlicet in villa Helmigeshagen de triginta manſis, In villa Runow de triginta manſis ſitis in ducatu Stetinenſi, In villa Swerin de quadraginta manſis, Et in villa Czillickesdorp Fredericus Crummel, filius Frederici ejusdem cognominis, de ſexaginta manſis, tres ſolidos monete currentis ſoluere tenebimur et debemus. De quibus tribus ſolidis decem et octo denarios ejusdem monete prefatis dominis Canonicis eccleſie Caminenſis, qui pro tempore fuerint, ſingulis annis in feſto Thome apoſtoli pro decima ſoluere debebimus indilate, reſiduos decem et octo denarios ſecundum ratam manſorum meorum predictorum et dictus Fredericus Crummel ſecundum ratam ſuorum manſorum a Domino Bernardo, prepoſito, nomine Capituli ſuſcepimus in verum feudum et legale temporibus perpetuis feliciter poſſidendos. In horum euidens teſtimonium meum et dicti Frederici ſigilla preſentibus ſunt appenſa. Datum et actum Cammin, anno domini milleſimo tricenteſimo quadrageſimo ſexto, In die vndecim milium virginum martirum beatorum.

Nach dem Caminſchen Copialbuche des Pommerſchen Provinzial-Archives.

XXXVII. Markgraf Ludwig verschreibt dem Henning und Arnold von Uchtenhagen die Bede zu Zulegsdorf bei Neu-Landsberg, am 14. Oktober 1347.

Nouerint — Quod nos Ludovicus etc., contulimus et presentibus confirmamus strenuis viris Henningo et Arnoldo, fratribus, dictis de Vchtenhagen, fidelibus nostris dilectis, ipsorumque veris et legitimis heredibus precariam cum seruicio curruum ville zulegstorp, prope ciuitatem nostram landesberg nouam site, cum omnibus juribus, graciis, commodis et honoribus, quibus precariam et seruicium premissum huc usque tenuimus et possedimus, in antea perpetuis temporibus sine inquietacione qualibet quiete et pacifice possidendum. In cuius — Testes Lochen, Wedel senior, Brederlow, Rochowe, Bredow cum ceteris. Datum Berlin, Anno M°. CCC°. XLVII°., dominica ante galli.

Aus dem Hackwitz'schen Copialbuche.

XXXVIII. Markgraf Ludwig weist die Städte Arenswalde, Reetz, Dramburg, Mörenberg und Callies an, den drei Hasso von Wedel, so wie die Städte Landsberg, Friedeberg, Woldenberg, Berlinichen und Tankow, dem Betkin von der Ost als Vögten zu gehorchen, am 27. Oktober 1348.

Ludouicus etc. prudentibus viris consulibus et vniuersitati ciuitatum Arnswold, Retz, Dramborch, Nuremberg et Callis etc. graciam suam et omne bonum. Noueritis, quod strenuos viros Hassonem seniorem, Hassonem de valkenburg, milites, et Hassonem de wedel in capitaneos et aduocatos nostros constituimus et facimus per presentes, fidelitatem vestram sincerius requirentes, Nichilominus vobis precipimus seriosius et mandamus, quatenus prenotatis nostro nomine in singulis et vniuersis causis et casibus, sicuti ceteris capitaneis et aduocatis nostris prioribus hactenus obediuistis, in antea pareatis. In eo nobis complacenciam exhibebitis magnam. Datum in Munichberg, Anno M°. CCC°. XLVIII°., feria II. in vigilia Simonis et Jude.

Constitucio de Ost in advocatum. Consimilem habet Bethkinus de Ost ad consules et vniuersitates ciuitatum Noue landesberg, Vredeberg, Woldenberg, Noue Berlin, Tankow.

Aus der von Hackwitz'schen Sammlung.

XXXIX. Markgraf Ludwig verleiht dem Ritter Hasso von Wedel Besitzungen in Nelep, am 1. Januar 1349.

Nouerint etc. quod nos etc. contulimus etc. strenuo militi Hassoni seniori de wedel, fideli nostro dilecto, suisque etc. singula bona et redditus, que uel quos Henningus de Sagantz et Hen. de Woppersnow, quondam nobis fideles dilecti bone memorie, in villa Nilep a nobis in pheudo tenuerunt, cum deuolucione bonorum et reddituum, que uel quos fidelis noster Matheus drossete in villa zymarck a nobis hactenus tenuerat et adhuc tenet, post decessum ipsius sine heredibus legittimis capacibus a nobis in antea debito pheudi titulo tenenda et sine inquietacione qualibet perpetuis temporibus possidenda. In cuius etc. Testes vero huius sunt strenui viri Lodeuicus de Wedel, Aluericus de Wolfstein, Wilhelmus pincerna de Bombrecht, Hasso de Valkenborch, Thidericus Brederlo, milites, Henningus de Uchtenhagen, Gerkinus Wolf cum ceteris etc. Datum Noue Berlin, Anno M° CCC° XL nono, die circumcisionis domini.

Aus Hackwitz'scher Abschrift.

XL. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloster Marienfließ das Dorf Falkenberg bei Uchtenhagen, am 20. Dezember 1349.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. intuitis et consideratis — (nobis exhibitis) per religiosas dicatas personas, priorissam et conuentum sanctimonialium Marienflith, Caminensis diocesis, et Hen. de wedel, nouiter defuncti, meritis, ob instantem requisicionem natorum eiusdem Hen. de Wedel, videlicet wedekonis, Janekonis et viuiantz, eidem priorisse et conuentui sanctimonialium ibidem dedimus, damus, eciam solempni dacione donauimus per presentes proprietatem ville valkenberg, sitam prope vchtenhaghen, cum omnibus suis mansis, lignis, rubetis, cum supremo judicio et infimo, curruum seruicio, nec non cum vniuersis et singulis pertinenciis, dicte ville nostre rite pertinentibus, perpetuis temporibus quiete et pacifice sine impedimento quolibet pertinendum. Renunciantes etc. Testes Swartzburg, Lochen, Bombrecht, Ost, Hasso de vchtenhagen, milites, G. Wolff et Johannes de Wedel. Datum Stettin, Anno M° CCC° XLIX°, vigilia sancti Thome apostoli.

Aus Hackwitz'scher Abschrift.

XLI. Markgraf Ludwig bevollmächtigt seine Neumärkischen Landvögte und die Stadt Frankfurt, mit seinen Gegnern Vergleiche einzugehen, im Jahre 1349.

Autoritas data est capitaneo domini ad placitandum cum ciuibus.

Item littera data est Hassoni seniori, Hassoni de valkenburg, Bethkino de Ost, Hen. et Arnoldo de vchtenhayn, domino Thiderico Morner et Ottoni, fratri eius, Johanni de Wedel, capitaneo transoderam, capitaneo terre et aduocacie Lubucensis, et consulibus ciuitatis vranckenforde plena facultas data est, quod poterint milites, militares et ciuitates marchie, que se hactenus domino opposuerant, reformare, et qualiter ipsos reformauerint, id vult ratum tenere.

Aus Hackwitz'scher Abschrift.

XLII. Markgraf Ludwig verleiht der Gattin des Ritters Wedego von Wedel das Dorf Kannenberg zum Leibgedinge, am 17. Mai 1350.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. contulimus etc. honeste matrone Alheydi, strenui militis wedegonis de wedel, fidelis nostri dilecti, conthorali legittime, villam Kannenbergh, sexaginta sex mansos habentem, cum omnibus singulis mansis, agris, pascuis, pratis, lignis seu rubetis, dicte ville pertinentibus, et similiter cum pleno jure, prout idem wedego miles habuit ipsam et habet actenus, in antea per vite sue tempora justo pheudi titulo quiete seu pacifice possidendam. In cuius etc. Testes Hasso senior, Hasso junior de Vchtenhagen, Hen. de Vchtenhagen, Bombrecht cum ceteris. Datum Soldin, Anno M° CCC° L°, feria II ante pentecostes.

Aus Hackwitz'scher Abschrift.

XLIII. Die Markgrafen Ludwig und Ludwig der Römer verleihen dem ältern Hasso von Wedel das Eigenthum an seinen Mühlpächten in Dramburg, am 19. Juni 1350.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc., Ludovicus etc., intuitis et consideratis meritis et fideliis obsequiis, nobis per strenuum militem Hassonem seniorem de wedel, fidelem nostrum dilectum, exhibitis fideliter et inpensis, et vt merita fidelium cum dignis premiis refundantur, eidem Hassoni et suis heredibus damus et solempni donacione donamus per presentes proprietatem super duodecim choros siliginis et brasei, sitos in molendino ciuitatis nostre dramborch, quos idem Hasso, sui heredes et patrui hactenus a nobis habebant in pheudum; nec non super VIII

choros eiuſdem frumenti, videlicet ſiliginis, braſei, ibidem ſitos in molendinis, quos conſules dicte ciuitatis noſtre a nobis huc uſque poſſederunt, in antea perpetuis temporibus pacifice et quiete juſto perpetuitatis titulo poſſidendos. Poterint quoque memorati, Haſſo et ſui heredes, predictorum XX chororum (proprietatem) pariter uel diuiſim dare ſeu vendere locis uel perſonis ſpiritualibus ac ſecularibus, prout ipſis melius ac conuenicius videbitur expedire, quibus locis uel perſonis litteras noſtras dare debemus, ſi neceſſe fuerit, et ad hoc erimus inquiſiti. Renunciantes etc. In cuius etc. Teſtes Vlricus comes de Lindow, Lochen, Haſſo de Vchtenhagen, Oſth, Hen. de Vchtenhagen, Petrus de Bredow, milites, Eggerth Wulff, Hans de Wedel, cum ceteris. Datum Vkermunde, Anno domini M° CCC° L°, Sabbato ante Johannis Baptiſte.

Aus Hackwitz'ſcher Abſchrift.

XLIV. Markgraf Ludwig verleiht denen von Günthersberg die ihm durch den Tod Otto's von Liebenow heimgefallenen Beſitzungen, am 28. September 1350.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. ſtrenuis viris Gunthero et wachardo de gunterſberg ipſorumque etc. in refuſionem fidelium ſeruiciorum ſuorum, nobis hactenus exhibitorum et in perpetuum fidelius exhibendorum et ad vſum ſeu vtilitatem ipſorum, ſtrenuis viris Gunthero, militi, Hen. et Jacobo de gunterſberg contulimus et preſentibus conferimus deuolucionem quarte partis bonorum in villis leuenow, Craſsenick, Kochin et bonorum monete in kunigeſberg ſituatorum ad nos per deceſſum Ottonis de Leuenow, quondam noſtri fidelis dilecti, deuolutorum, cum ſingulis et vniuerſis ipſorum pertinenciis ex debito uel ex jure ad premiſſa bona pertinentibus, ſub modis, formis, juribus, commodis, vſufructibus, graciis et honoribus, quibus prenotatus Otto premiſſa bona cum ſuis pertinenciis, vt premittitur, de jure tenuerat, in antea debito pheudali titulo a nobis quiete et pacifice perpetuis temporibus poſſidenda. Debebunt tamen premiſſa bona, non obſtantibus habitacionibus ſeu pertinenciis diuerſis premiſſorum inter ſe habentibus ſeu dum per puerilem pretactorum de gunterſbergh vacauerint ad alium de jure immediate ſuccedentem deriuari debito deuolucionis titulo ſeu deuolui. Et prenotati de gunterſberg in premiſſo pheudo pueriles debebunt pro eodem ſeruicio dextrali nobis et heredibus noſtris quocieſcunque neceſſe fuerit faciendo, VIII fruſta ſine precaria annuorum reddituum de premiſſis bonis liberaliter obtinere et ſine inquietacione qualibet obtinere ſeu poſſidere. In cuius etc. Teſtes Lindow, Lochen, Huſener, Hele etc. Datum (Noua) Berlin, Anno M° CCC° L°, feria quarta ante Michahelis.

Aus Hackwitz'ſcher Abſchrift.

XLV. Markgraf Ludwig verpfändet die Stadt Nörenberg an Henning von Wedel, am 2. November 1350.

Wir Ludowig etc. Bokennen apenbar mit diſſem briue, dat wy hern Henning von wedel dem alten, vnſem liben getruwen ritter vnd man, vnd zinen rechten eruen geſettet hebben vnd ſetten jegenwordigen mit diſſem brieue vnſe Stadt Nurenberg tu eynen rechten pande, mit allen nutzen, eren, werden, rechticheit vnd togehorunge, in alle der wiſe, alſs wy ſe hebben, vor alzo vele gudes vnd manſchop, de em ſchelen imme lande tho buſten (bernſten?), dy wy em nicht ful gedan hebben mit vnſer Stadt to Callis. Wen wy ouer (em) edder zinen eruen enthrichten Tempelborg huſs vnd landt, oder laten alzo vele gudes vnd manſchap de en ſchelen, dat wy em nicht myt Callis nicht ful gedan hebben, dat he hadde to bernſteyn, ſo ſchal de vorgnante Stadt Nurenberg wedder vnſs vnd vnſen eruen zin na als vor, vnd ſchal vns anthwerden alle de breue der hertoghen van Stettin, vnd ſchol dy ſynen edder de zinen eruen ſchuldich zin. Vnd alle dedinge vnd brieffe, die wy mit em gehat hebben vnd gegeuen bynnen bernſtein, do he dat den hertogen van ſich voranthwerdede, ſcolen aff zin vnd ennighe crafft noch macht mer hebben vp noppines heyde vnd dat deyl des ſchates to Landeſberg, de in erer macht blyuen ſcholen. In cuius etc. Teſtes Swartzburgh, Buch, Lochen, Haſſo ſenior, Hoſener, Helen ambo, Her. Wulko, milites, etc. Datum Euerſwolde, Anno M° CCC° L°, in die animarum.

Aus Dickmann's Sammlung fol. 163 und einer Hackwitz'ſchen Abſchrift. Die Abſchrift zeigt offenbar mehrere ſinnentſtellende Auslaſſungen. Vor noppines heide iſt wohl vtgenomen de breue ausgelaſſen.

XLVI. Markgraf Ludwig verleiht dem Henning von Wedel die Stadt Callies, am 2. November 1350.

Ludowig etc. Bokennen apenbar, dat wy gelegen hebben vnd lyen meth diſſem brieue to enem rechten erue lehne den erbarn framen ridder hern henning van wedel, vnſen lieuen getruwen, vnd zinen eruen de ſtadt Callis mit der plege, mit dem gerichte vnd denſte in der Stadt, met allem ackere, gewunnen vnd vngewunnen, mit holten, waſſer, fiſſchen, weyden, mit molnen vnd mit allen tobohorungen, de bynnen der velthmarcke begrepen zint, to hebben vnd to genitten vnd roweliken tho gebruken mit frede vnd gemake, mit alle eren, nutten vnd rechten, alze wy de vor gehat hebben vnd bozeten, van vnſer weghen gelaten heffth. Wen wy auer em edder zinen eruen enthrichten tempelborch huſs vnd lanth, ſo ſchal de vorgnant Stadt wedder vns vnd vnſen eruen zin na alſs vor, vnd ſchal vns anthwerden alle de breue der hertoge van Stettin vnd ſchol de ſy vmme ſchulde, de ſy en edder zinen eruen ſchuldich zin. Vnd alle brieffe vnd dedingen, de wy mit em gehath hebben vnd geuen vmme Bernſtein, don he dath den hertogen van zick voranthuerde, ſcholen aff zin vnd keyne macht mer hebben, vthgenamen

breue vnd dedinghen, de wy em geuen hebben vp noppins heyde vnd dat deyl des ſcotes tu landeſberg, de in erer macht blyuen ſcholen. In cuius etc. Datum per omnia ut ſupra (in die animarum MCCCL).

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung f. 163 und einer Hackwitz'ſchen Abſchrift.

XLVII. Die Markgrafen Ludwig und Ludwig der Römer verpfänden dem Johann von Wedel für die von ihm bewirkte Auslöſung Rempelo's von Niemantz aus deſſen Gefangenſchaft Hebungen in der Bede zu Deetz und Richenow, am 17. November 1350.

Domini ambo Ludovicus et ludovicus etc. obligantur Johanni de Wedel in C et XXX marcis argenti Brandenburgenſis, cum quibus exſoluit Rempelonem de Niemantz a captiuitate ſua. Pro qua pecunia domini obligauerunt ſibi et ſuis heredibus XIIII marcarum argenti Brandenb. redditus in precaria villarum datz et richenowe tam frugum quam denariorum et carnium, nec non ſeruicium curruum, tollendum donec ipſis in pretacta pecunia fuerit ſatiſfactum, mandatis ad officiales, ne ipſum in premiſſis impediant. In cuius etc. Teſtes Swartzeburgh, comes de Lindow, Buch, Haſſo ſenior de Wedel, Her. de Redern cum ceteris. Datum Ffranckenfurd, Anno M° CCC° L°, feria quarta poſt Martini.

Aus Hackwitz'ſcher Abſchrift.

XLVIII. Markgraf Ludwig überläßt Haſſo dem Rothen von Wedel das Schloß Hochzeit, am 11. Dezember 1350.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. contulimus et preſentibus conferimus ſtrenuo viro Haſſoni Ruffo de wedel, noſtro dilecto, et ſuis filiis legittimis caſtrum et opidum Hochczit cum agris cultis et incultis, aquis, paludibus, pratis, paſcuis, ſiluis, lignetis et rubetis ac malleis, prout predicta caſtrum et opidum in ſuis metis, terminis et limitibus ſunt ſita et eciam ſituata, videlicet inter metas opidorum Velen (al. Belen), Slop, nec non inter flumina drawen et netze, tali jure ſicuti ſingula premiſſa ad ipſa de jure uel ex debito pertinuiſſe ſeu pertinere noſcuntur. Annuentes ſibi et ſuis filiis predictis, quod predictum Hochczith poſſint ex vtraque ſitum drawen edificare ſeu conſtruere, nec non ipſum immunire, prout ipſis conueniencius videbitur expedire; poterint eciam apud caſtrum in bonis ſuis conſtruere et firmare, ita tamen, quod nobis et noſtris heredibus cum eiſdem caſtris, municionibus pareant et obediant ſemper contra quoſlibet, prout fidelium intereſt ſuis veris dominis obedire. Conferimus etiam predictis X fruſta reddituum annuo-

rum, ſita in precaria et auena merice ville Raczelſtorp. Si uero plures redditus et prouentus in dicta villa habuerimus; pro his nobis ſatiſſacient pro fruſto precarie et in aliis quibuſcunque nobis quinque marcas argenti Brandenburgenſis, ſine dilacione qualibet perſoluendo, et extunc nullus equitatorum terre dictam villam intrare debebit; nec non IIII fruſta reddituum in precaria ville koninges tali modo, ſi quid ipſis in eiſdem IIII fruſtis defecerit, id ipſum ipſis tenebimur alias adimplere. Volentes quod vniuerſa et ſingula predicta bona, ſcilicet caſtrum, opidum, cum ſuis pertinenciis vniuerſis quibuſcunque graciis et commodis et honoribus, nec non eciam ſi plus de redditibus in predicta villa fuerit, ſicut ſupra dicitur, X et quatuor fruſta reddituum annuorum expreſſa debebunt pacifice et quiete perpetuis temporibus juſto pheudi titulo poſſidere. Pro qua quidem collacione memoratus Haſſo nobis in ſexaginta marcis denariorum leuium ſatiſſecit pecunia in parata, et de omnibus dampnis, in obſequio noſtro perceptis et expenſis, quas pertulit uſque in hodiernum diem cauſa et nomine noſtri renunciauit, ea et eas nobis libere remittendo etc. In cuius Teſtes Hennebergh, dyphold, Bombrecht, Hele, Her. Wulkow, Thidericus Morner. Datum Ffrankenfurth, Anno M° CCC° L°, Sabbato ante lucie.

Aus dem Hackwitz'ſchen Copiario mit der Bemerkung: non est recepta, und der Dickmann'ſchen Sammlung fol. 101.

XLIX. Markgraf Ludwig überträgt die Vogtei über die Städte Königsberg, Soldin, Bärwalde, Schönfließ, Lippehne und Morin an Heinrich und Arnold von Uchtenhagen von Wedel und Heinrich, Otto und Reinekin Mörner, im Jahre 1350.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc. commiſimus et preſentibus committimus ſtrenuis viris Henrico et Arnoldo de vchtenhagen, fratribus, nec non de wedel, et heinrico et Ottoni et reynekino Morner, fratribus, fidelibus noſtris dilectis, aduocaciam ciuitatum noſtrarum koningeſberg, Soldin, Bernwoldt, Schowenflit, Lippene et Morin, ſic quod ſingulas obuenciones et pertinencias, videlicet penſiones et precarias, bona mobilia et immobilia horum, quos ſine heredibus decedere contingeret, ad nos jure pheodali deuoluta uel eciam deuoluenda, cum vendicione lignorum ſub modum et vſum hactenus obſeruatum, et alias contribuciones qualitercunque nominatas ad dictas ciuitates, aduocaciam et earundem diſtrictus ſpectantes, tollere debeant, vna cum contribucionibus judeorum, in premiſſis ciuitatibus reſidencium, et mericarum prouentibus ad eandem aduocaciam ſpectantibus, et ſpecialiter quod mericis, quas dicti Schowenbecke et noppin tenuerunt, cum ſuis pertinenciis et obuencionibus preeſſe poterint et debeant. Et de ſingulis premiſſarum parcium articulis debebunt nobis et heredibus noſtris per nos requiſiti debitam facere racionem. Promittentes eciam, quod predictos de vchtenhagen de wedel et Morner ab eadem aduocacia et ſuis pertinenciis nolumus, nec debemus (remouere, prius) quam ipſis et eorum heredibus per nos et heredes noſtros de omnibus conquiſicionibus faciendis nobis, dampnis et ſumptibus in ſeruicio noſtro pro noſtris vſibus percipiendis, que probabiliter docere poterunt, integraliter fuerit ſatiſfactum. Dateſque prenotatis vchtenhagen de wedel et Morner cum vaſallis noſtris, in pretacta aduocacia reſidentibus, pro dampnis ſuis legittimis in ſeruicio noſtro

Otto et Conradus, Dei gratia Brandenburgenſes et de Landesberg marchiones, Et nos Johannes et Otto, Marchiones, Conradi filii, ejusdem Marchie domini, Univerſis chriſti fidelibus, ad quos preſentes devenerint eorum notitiamque ſortiuntur. Cum ea, que aguntur in tempore, cum temporis volubilitate citius evaneſcant, niſi a lingua teſtium aut ſcripti memoria recipiant firmamentum. Quapropter recognoſcimus et tenore preſentium evidentius proteſtamur, Quod viris honeſtis Arnoldo de Goltzen, domino ſchulteto in Dravenborch, nec non Conrado et Johanni, ejus fratribus, predictam civitatem noſtram Dravenborch cum omnibus ſuis obtinentiis, ſicut infra recitabitur, dedimus poſſidendam. Dedimus nihilominus civitati predicte jus Brandenburgenſe, apponentes ad ipſam civitatem ducentos manſos XVI manſis minus. De his vero manſis Burgenſes dicte civitatis quinquaginta manſos ultra Dravam ex transverſo civitatis habebunt ad agriculturam in aſcenſu ſimiliter et deſcenſu. Reſiduos vero manſos ab iſta parte Drave ad agriculturam et ad uſus civitatis ad ſe recipiant et habebunt, porro eccleſiam in preſata civitate cum quatuor manſis dotavimus. Prefectus quoque et ſui fratres et heredes eorundem decem manſos pro ſuis uſibus perpetuo liberaliter poſſidebunt. Expirante autem libertate de uno quoque manſo dimidius nobis argenteus cenſualis dari debet, De quo cenſu Schultetus tertiam partem et de cenſu arearum, nec non de judicio pariter ſibi tollet. Item molendinum, quod adjacet civitati, ſupra Dravam exſtructum, preſatus Schultetus ſuique heredes cum omni uſu juſto pheodali titulo liberaliter poſſidebunt. Et quicquid in foro de edificiis, veluti in theatro nec non macellis carnium . . . . . ſive pannis annuatim cedere poterit aut derivari, id ipſa civitas ſibi uſualiter in integrum reſervabit. Item omnes queſtus et cenſus de areis extra civitatem conſtructis ad eandem civitatem volumus uſualiter pertinere. Damus etiam civitati cum omni utilitate et piſcationibus hec Stagna, quorum nomina ſic notantur: Lubeſow, Werene, Tzapell et fluentum, ipſius Stagnum Welſen et ipſum Stagnum Welſen cum Stagno Melne et Grellence. Damus nihilominus dicte civitati paludem Manhagen ſuper noſtram civitatem ſitam apud Dravam, in aſcenſu ipſius Drave uſque ad terminos campi ville Dalow, ita quod ipſa palus ab aliquo noſtrorum officialium aut advocatorum nunquam deinceps debeat minui. Item ipſa civitas ab omni telonio penitus ab inhibitantibus et advenis non nunquam a mercimonio quolibet emptionis vel venditionis titulo libera permanebit. Burgenſes quoque inibi commorantes venationes leporinas extra nivem absque metu liberaliter exercebunt. Stratas quoque omnes ex plateas obſtruere, dirigere et curare poterunt inhabitatores civitatis memorate pro ipſorum libito et expedientia voluntatis. Ut igitur hujusmodi gracie noſtre donatio per nos noſtrosque ſucceſſores hereditarios futuris temporibus immutari nequeat aut etiam retractari, preſentes literas in evidens teſtimonium conſcribi juſſimus deſuper et ſigillorum noſtrorum appenſionibus roborari. Actum anno domini MCCLXXXX ſeptimo, preſentibus Wernero de Schwanenberg, friderico de Eickſtede, Haſſone et Ludolpho fratribus de Wedell, Burchardo de Kockſtede, militibus, et Thidemanno, noſtro notario, per quem in Prentzlovia, feria ſexta ante dominicam, qua cantatur reminiſcere, preſentia conſcribantur.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 44.

V. Die Markgrafen Otto und Woldemar schenken der Stadt Dramburg einen Platz zur Erbauung einer Mühle, am 27. Februar 1306.

Nos Otto et Woldemarus, dei gratia Brandenburgenſes, Luſatie et de Landesberg Marchiones, recognoſcimus et ad noticiam uniuerſorum tenore preſentium volumus peruenire, quod dilectis noſtris ciuibus in Drawenborch ob ſpecialem fauorem, quo eosdem amplectimur, et in emendationem ciuitatis dedimus atque damus ſpacium, in quo edificabunt pro ipſorum profectu et utilitate molendinum jure proprietatis perpetuo poſſidendum. Ejusdem autem ſpatii due partes ad nos pertinebant, quas ipſis erogauimus, utpote jam eſt exſtructum, Volentes hujusmodi donationem per nos liberaliter factam a noſtris ſucceſſoribus inuiolabiliter obſeruari. In cujus facti teſtimonium preſentes literas conſcribi fecimus et ſigillorum noſtrorum appenſionibus communiri. Actum et datum in noſtra ciuitate Tzwed, anno domini milleſimo trecenteſimo ſexto, in Dominica, qua cantatur Reminiſcere.

Aus einer Dickmann'ſchen Abſchrift.

VI. Markgraf Woldemar vergleicht ſich mit dem Caminſchen Biſchofe Heinrich, daß die Stadt Dramburg 12 Jahre vom Biſchofsgelde frei ſein, nachher aber von jeder kultivirten Hufe einen Brandenburgiſchen Schilling jährlich entrichten ſoll, am 16. September 1312.

Nos Woldemarus, Dei gracia Brandenburgenſis, Luſacie et Landesbergenſis Marchio tutorque incliti Johannis, Brandenburgenſis Marchionis, recognoſcimus tenore preſencium publice proteſtantes, Nos cum reuerendo in Criſto patre domino Hinrico, Caminenſis eccleſie Epiſcopo, placitaſſe pro ciuibus ciuitatis Drauenburg tam preſentibus quam poſteris in hunc modum, quod ipſi a ſolucione denariorum epiſcopalium a feſto beati martini poſt datum preſencium proxime affuturo vlterius ad duodecim annos in antea computandos continuo eſſe liberi debeant penitus et ſoluti, Quibus quidem euolutis ciues predicti de quolibet manſo culto dicte ciuitati adjacente vnum ſolidum Brandenburgenſis monete Domino Epiſcopo Caminenſi perpetuo dare duntaxat et annis ſingulis tenebuntur. Dantes preſentes literas in hujus rei euidenciam noſtri ſigilli munimine roboratas. Actum et datum Soldin, anno domini milleſimo tricenteſimo duodecimo, in die beate Euſemie virginis.

Aus v. Dreger'ſcher Abſchrift des Originales.

VII. Der Rath zu Dramburg bekundet den zwischen dem Markgrafen Woldemar und dem Bischofe von Camin über die Bischofspfenninge von der Dramburger Feldmark geschlossenen Vergleich, am 29. September 1312.

Reuerendo in Cristo patri Hinrico, Episcopo Caminensi, consules ciuitatis Drauenborch seruicium in omnibus beniuolum et paratum. Recognoscimus et notum facimus tam presentibus quam posteris publice protestantes, quod inter Dominum nostrum Marchionem Brandenburgensem Woldemarum dictum et prefatum dominum Hinricum, Episcopum Caminensem, pro denariis Episcopalibus ex parte ciuitatis Drauenborgh est taliter placitatum, Quod ipsa ciuitas Drauenborgh libertatem a solucione denariorum episcopalium habebit ex gracia predicti domini Hinrici Episcopi Caminensis a festo beati Martini proxime nunc venturo ulterius ad duodecim annos. Hiis duodecim annis peractis et computatis, ciues predicte ciuitatis Drauenborch de quolibet manso adjacente ciuitati culto predicto domino Hinrico Episcopo Caminensi aut suis posteris, quod Deus auertat, pro denariis episcopalibus vnum solidum Brandenburgensis monete, omni occasione postposita, perpetue erogabunt. In hujus rei euidenciam presens damus scriptum nostri sigilli munimine roboratum. Actum et Datum Drauenborgh, anno domini millesimo tricentesimo duodecimo, In die beati Michaelis archangeli, per manum Hinrici, plebani in Drauenborgh.

Nach dem Caminschen Copialbuche des Pommerschen Provinzial-Archives.

VIII. Markgraf Woldemar verpfändet die Lande und Schlösser Schiefelbein und Falkenburg dem Bisthume Camin, am 8. Februar 1317.

Nos Woldemarus, Dei gracia Brandenburgensis, Lusacie et de Landesberg Marchio, recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod computatione facta cum venerabili in Christo patre domino Hinrico, Caminensis ecclesie Episcopo, remansimus et Manemus eidem, ecclesie sue et Capitulo ex justis debitis obligati in decem millibus marcis argenti Brandenburgensis ex rationabilibus dampnis et expensis ac parata pecunia, que et quas nos longo tempore in diversis nostris guerris pluribus annis ad diversas eciam mundi partes cum suis vasallis sequendo pertulit et exposuit, de cujus computatione bene contentati ipsam tanquam justam et racionabilem approbamus et ratificamus ac eisdem nos obligari in summa hujusmodi profitemur. Volentes autem eisdem Episcopo, ecclesie et Capitulo satisfacere, vendidimus et per presentes vendimus Episcopo, ecclesie et Capitulo ante dictis pro dictis sex millibus marcarum argenti Brandenburgensis terram, ciuitatem et castrum Schiuelben, pro residuis vero quatuor millibus marcarum terram, ciuitatem et castrum Valkenborch cum villis adjacentibus, cum omni proprietate, vtilitate et commodo ac dominio directo et vtili et vasallatu, prout eedem terre, ciuitates et castra ac ville ad nos dinoscuntur pertinere, cum omnibus suis metis et finibus et in eis contentis. Completo vero

contracto prèdicto predicti gracioſe nobis indulſerunt, quod infra quatuordecim annos continuos a dato preſencium numerandos poſſimus predicta reemere pro eadem ſumma et quod vaſalli dictarum terrarum infra eosdem quatuordecim annos ab Epiſcopo, eccleſia et Capitulo non teneantur infeudari. Si vero infra tempus jam dictum predicta omnia et ſingula non reemerimus pro ſummis ſupra notatis, Ex tunc prout ex nunc ipſorum Epiſcopi, eccleſie et Capituli cenſentur et ſunt emptione legitima in perpetuum duratura. Abdicantes preſencialiter a nobis et ſucceſſoribus noſtris omne dominium, proprietatem, fructus, vſufructus omneque commodum et vtilitatem et quicquid nobis juris in eisdem competit, transferimus eadem in Epiſcopum, eccleſiam et capitulum ſupradictos ab eisdem perpetuis temporibus poſſidenda. Mandantes nichilominus vniverſis et ſingulis fidelibus noſtris et vaſallis in dictis terris, caſtris et ciuitatibus et coadjacentibus villis commorantibus ad preſens vel in futurum, ut ſtatim lapſo predicto termino eo ipſo ſine noſtra vel ſucceſſorum noſtrorum requiſitione dictis Epiſcopo, eccleſie et Capitulo, tamquam veris dominis feudi pareant et ſtatim, ut eos requiſiuerint ea, que nunc a nobis in feudum tenent, in predictis terris recipiant ab eisdem. Teſtes hujus ſunt nobilis vir Hermannus Comes de Euerſtein et honorabiles viri Hinricus, decanus Stendalienſis, Zegherus, prepoſitus in antiquo Angermunde, Henningus de Blankenborch, Dapifer, Redeke de Rederen, Marſcalcus curie noſtre, Bertoldus Scenke, Hinricus de Rochow, Didricus de Kerkow, Magiſter curie noſtre, et alii fide digni. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum et Actum Soldin, anno domini milleſimo tricenteſimo decimo ſeptimo, ipſo die beati Dioniſii martiris et ejus ſociorum, quod eſt ſeptima idus Octobris.

Aus Dreger'ſcher Abſchrift.

IX. Markgraf Woldemar verkauft dem ehemaligen Däniſchen Droſten Nicolaus Olaffon und Wedigen von Wedel Schloß, Stadt und Land Schiefelbein für elftauſend Marck Silbers, am 18. Mai 1319.

Wir Woldemar, von der Gnode Gotis Marggreue czu Brandenborg vnd czu Luſitz, bekennen in diſſem offenen Briſe, daſs wir vnſen getruwen Mannen Herrn Nicolaus Olaffon, der etswenne was Drozſte zu Dennemarke, vnd ſynen rechten Erben vnd Hern Wedegin von Wedeln vnd ſynen rechten Erben haben rechtlichen vnd redelichen zu rechten Leene gelegen mit ſamender Hant vnd vorkaufft czu rechten Kauffe vor Eilfftuſend Mark Brandenburgiſch Silbers vnd Gewichtes, die ſie vns bereit haben, vnd laſſen ſie der los an diſſem Kegenwertigen Briſe, Schivelbeyn Hus vnd Stad mit Luten, mit Lande, mit Gute, mit Gerichte, Obirſt vnd nedirſt, mit Müntze, Pfennigen, mit Holtze, mit Brüchern, mit Heyde, mit Honige, mit Weſen, mit Weyde, mit allen Waſſern, flieſende vnd ſteend, mit Fiſcherye dorinne, mit Ackern, gewunnen vnd vngewunnen, mit Waſſirmölen, mit Wintmölen, gebuuet ader noch czu buwenden, czu habende vnd czu beſiczende, mit allir Bete Leenes vnd Erbes, was is ſye, ane allerleie Dienſt, es ſie Man-Dienſt adir Gebuerdinſt adir Wagendinſt, mit Jach allir Tiere, gende adir fligende, Gehege czu habende

vnd czu machende, so wo en luftet, mit aller Nutz vnd mit aller Scheide des Landes, mit aller Ertze vnd mit Herscop slichtes vnd vnbeworren, is sin bobin der Erdin ader undir der Erdin, mit allen Lenen, wertlich vnd Geistlich, vnd mit allem Rechte, als wir is hatten. Wir bekennen auch, dafs vnsir vorbenomete Man adir ir Erbnamen mogin festen vnd festemachen das vorbenomete Slos Schivelbeyn, Hufs vnd Sted mit Muren, mit Holtze, mit Graben vnd mit andern Dingen, wor In das allir ebenst kumpt. Were auch, dafs vnse vorbenumete Mann adir Ire Erbnamen die Slos, Land vnd Leute adir ichtes, dafs darinne is, lafen adir verkauffen welden, Das sulle wir adir vnse Erbnamen lyen willeclichen ane allerleye Gift adir Beschetzunge, den sie das lafen, mit all sulcher Frucht, rechte vnd Frieheit, als hier vorgeschrieben steet, als wir is en gelegen haben, vnd sullen auch vnsen vorbenumeten Mannen vnd Iren Erben, adir den sie is lassen, ein recht gewern syn wedir allisweme, op dar ymant off sprechen welde, Slos, Land, Luthe vnd Scheide oder was darinnen is, als eyn Herre czu rechte synen Mannen wesin sal. Gingen auch vnse vorbenumete Man ab, So sullen wir is erne rechten Erben lyen mit alleme Rechte vnd mit al den Stucken, de hier vorsten, ane Gift vnd ane allirleie Beschatzunge. Off dafs alle disse vorbeschrebin ding stet, vest vnd vnzirbrochen von vnsern wegen vnd vnsir Erbnamin wegen bliben, So haben wir vnse vorbenumete Mannen vnd eren Erbnamen diesen briff gegeben, besegelt mit vnserem Ingesegheln. Disser ding sint Geczuge Bischoff Heinrich von Hauelberg, Grav Günther von Keuerberg, Droyseke, Henning von Blanckenborg, vnse Droczsten, Heinrich von Stegelitz, Peter von der Nuwenburg, Hasse vnd Lodewig von Wedele, Dieterich von Kerkav, Grifeko, Heinrich von Schenckendorff, Albrecht von Cleetz, Anselm von Blankenborg, vnse Rittern, her Eberhard, der Probist zu Berlin, vnd Hermannus von Luchowe, vnse Cappellan, vnd andir gute Lüte, den man wol gelouben mag. Disser Briff is gegeben czu Euerswolde in vnser Kegenwertikeit, nach der Geburth Gotis Tusent Jar drihundert Jar im neuenczehenden Jare, in deme heiligen Tage zu Pfingesten.

Nach einer videmirten Copie.

X. Wratislav, Herzog von Pommern, schenkt als Vormund des Markgrafen Heinrich von Brandenburg dem Kloster zu Pyritz das Patronat der Pfarrkirche zu Dramburg und einige in der Neumark belegene Ortschaften, am 3. Februar 1320.

In nomine domini amen. Wartizlaus, dei gratia dux slauorum, cassubie et Pomeranie tutorque Hinrici, illustris Marchionis Brandenburgensis, omnibus salutem in perpetuum. Quoniam acta et gesta ab hominum memoria erroris mater obliuio de facili aboleret, nisi scripturarum testimonium mature subueniret, ideo ad omnium christi fidelium tam presentis temporis quam futuri tenore presentium deferimus publicam notionem, Quod nos attendentes cultum diuinum non debere minui, sed augeri, de prouidorum nostrorum consiliariorum communicato consilio, deuotis in christo preposito, prioriisse totique conuentui sanctimonialium in Piritz pro augendo diuini nominis cultu ad fundationem noui monasterii sanctimonialium ordinis sancti Augustini, in remedium

anime predilecti ſwageri noſtri Woldemari, illuſtris Marchionis Brandenburgenſis, omniumque ſuorum progenitorum animarum ac reuerendiſſimi patris noſtri Bugzlai, quondam ducis Slauorum et Caſſubie, inclyteque matris noſtre Margarete, nec non noſtri noſtrorumque predeceſſorum ac ſucceſſorum in remiſſionem peccaminum, ius patronatus eccleſie in Drawenburg et proprietatem ſtagni dicti Lubbezes, nec non nouem villarum infra ſcriptarum, videlicet Guntershagen, Sprunge, Bomgarde, parue Mellen, Honingtop, Swineshuſen, Welſeneburgh, Karuitz, Damne et omnium attinentiarum ſuarum in quibuscunque conſiſtant, ſiue in nemoribus, ſiue in mericis, paludibus, paſcuis, pratis, ſtagnis, riuulis, piſcaturis, agris cultis et incultis, acquiſitis vel acquirendis, molendinis conſtructis aut conſtruendis, tutorio nomine donauimus preſentibus et donamus, abdicantes a nobis quicquid ratione proprietatis in precaria denariorum vel annone aut ſeruicio curruum vel alio quocunque modo nobis in preſenti aut nobis vel noſtris poſteris in futuro de memoratis villis vel aliqua ipſarum poſſet obuenire, inhibentes etiam noſtris officialibus ſcilicet aduocatis, vel equitatoribus terre, vel quibuscunque aliis, qui pro tempore fuerint, ne contra predicta ſub quocunque colore in prejudicium prenominatorum prepoſiti, prioriſſe conuentusque in prenominatis villis aut earum aliqua ratione proprietatis nobis competentis ſub obtentu noſtre gratie et fauoris quicunque audeant attemptare. Vt autem hec donatio noſtra firma et perpetua perſeueret, preſentem cartam ſigillo noſtro fecimus roborari, cuius quidem donationis teſtes ſunt venerabilis pater Dominus Conradus, Camminenſis Eccleſie Epiſcopus, Magiſter Conradus, noſtre curie notarius, Dominus Hinricus, Plebanus in Drawenburgh, clerici, Ludolfus ſenior de Wedele, Haſſo ſenior de Wedele, Ebele de Bertecowe, Henningus Morner, Janeke de Guntersberghe, Henningus de Guntersberghe, Henricus, Lodewichus et Ludolfus, tres fratres dicti de Wedele, Chriſtianus Mortzin, Henningus de Brederlo, Eckardus Budde, milites, Thidericus de Bredelo, Jacobus et Henningus de Mortzin et Guntherus de Guntersberghe, famuli, et alii quamplures fide digni. Datum Arneswaldis, Anno Domini M. CCC. XX., Dominica, qua cantatur Exurge quare obdormis Domine.

Nach einer aus dem K. Provinzialarchive zu Stettin vom K. Archivar, Baron von Medem mitgetheilten Abſchrift.

XI. Markgraf Ludwig befreiet die Stadt Dramburg auf 4 Jahr von der Urbede, am 30. April 1336.

Anno domini M. CCC. XXX. ſexto. Libertauit dominus ciues in Drawinburg a penſione ſiue contributione annua per quatuor annos continue a vigilia Walpurgis anni eiusdem numerandos, ſic quod ipſi ciues eandem penſionem in vſus ciuitatis conuertere debebunt. Datum Berlin, anno predicto, in vigilia beate Walpurgis.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).

XII. Hasso von Wedel vergleicht sich mit dem Rath seiner Stadt Schiefelbein über die Getreideausfuhr, am 5. Januar 1338.

Vor vns olde Hasso van Wedele vnse leven Radmann der Stadt Schyuelbyn Tu samende bestedighet, hebben gehandelt vnd gezecht van Hindere vnd gebreke erer borghern, dat in vnserm affwezende vnse Amptesiude dat korne tu vorvarende en hebben vorbaden. Hir vmme wy Hasso mit vnsen Radmannen hebben eenghedregen, dat desse verbedinge vorbath nicht meer schien schal, nicht vermyddelst vns, noch vormyddelst vnsen Radmannen, besunder id schee van vulbort vnd willen desser beyden deele. Ist ok vnderstunden etlik vrame von der vtuoringe des kornes wurde bekant edder scheghe van denne desse mit vns vnd wy to zamende mit en werden Indregen in zulker wyse. Ist elike vrucht van der Indracht des vtlouwenden Kornes van den borgern der Stadt mochte kamen, dat halve dyl desser vrucht tu vns, dat andere auer halue dyl schal vallen tu dem Rade. Ist ok desse vtuoringe van etliken borgern disser vorsechten Stad schege vntemelten sunder vnse vnd des Rades gnaden, Dessen broke, als ir vtghedrukket is, werde wy ene gelick delen. Vp dat desse vorscreuen bref van vns vnd vnsen Eruen vnd Nakomelingen blyue vast vnd vngezeryget, so hef de Rad der vorgedachten Stad vor desse zulue Zacke Twehundert Punt lichter munte vns gegheuen. Vnder dem Jare des Hern Duzent drehundert vnd acht vnd druthtigesten, In vigilia Epiphanie Domini.

Aus L. v. Ledebur's Allg. Archiv V, 355.

XIII. Markgraf Ludwig belehnt einen Bürger zu Dramburg mit Mühlenpächten, am 7. Oktober 1338.

Nouerint vniuersi tenorem presentium inspecturi, Quod nos Ludewicus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusacie marchio, Comes palatinus Reni, Dux Bauarie sacrique Romani Imperii Archicamerarius, contulimus et presentibus conferimus discreto viro Hermanno Bralentin, ciuitatis nostre Drawenburg ciui, suisque veris et legittimis heredibus debito feodi jure quinque choros siliginis cum octo modiis annue pensionis singulis annis in molendino inferiori, sito supra Drawam prope ciuitatem nostram predictam, cum omni jure, vsu, commodo, libertate et gratia, sicut dictos choros discretus vir Arnoldus dictus Verwer, qui ipsos debito pretio sibi vendidit et ad manus ipsius libere resignauit, possedisse dinoscitur, quiete et pacifice possidendos. In cujus rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Testes vero hujus sunt Hasso de Wedele, Tideko de Brederlow, dominus Gerwinus, prepositus Bernoensis, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Arnswolde, anno domini millesimo tricentesimo tricesimo octauo, feria quarta post octauam Michaelis.

Nach einer Abschrift in der Dreger'schen handschriftlichen Sammlung.

XIV. Markgraf Ludwig erläßt der Stadt Dramburg auf 6 Jahre ihre Abgaben, im Jahre 1338.

Effecerunt id fidelitatis veſtre merita comprobata, que fide cognouimus occulata, quod veſtre vobis incumbentis egeſtatis et indigencie oneramen delectat per ſubleuationis medium releuare. Vos ſingulos inhabitantes pro nunc et ſuccedentes a feſto beati Martini proxime venientis et in antea per ſex annos continuos a datione penſionis veſtre ſolite nobis annue debenda, ſic quod eandem penſionem in ſtructuras et edificia, videlicet muros, plateas et foſſata convertatis euidenter, omnimode releuamus. Nolentes vos officiatorum noſtrorum aliquo, dummodo ipſam in munimenta ciuitatis predicte, prout premittitur, conuertatis aliqualiter moleſtari. In cuius etc.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

XV. Markgraf Ludwig vereignet der Stadt Dramburg den Ort Schweinshauſen, am 30. Dezember 1340.

Eodem anno, die et loco (Spandow, Anno dom. M. CCC. XL., ſabbato infra octauas criſti) teſtibusque preſcriptis. Quod nos Ludowicus etc. prudentibus viris et diſcretis conſulibus et vniuerſitati ciuitatis Drawenburg, fidelibus noſtris dilectis, ob approbatam in eis compertam conſtantiam et etiam ob id, quod in antea, prout hactenus nobis obſecuti ſunt, obſequantur, dedimus, donauimus, appropriauimus et preſentibus appropriamus locum nunc deſertum, Swynſhuſen vulgariter nominatum, XX manſos cum tribus communes in lignis et agris continentem, omni vſu, iure, vtilitate, honore et commodo, quibus dictum locum ſiue manſos ſtrenui viri Guntherus et fratres ſui de guntersberg, fideles noſtri, a predeceſſoribus noſtris Brandenburgenſibus marchionibus bone recordationis et nobis tenuerunt et poſſiderunt, perpetuis temporibus ſine inquietatione qualibet poſſidendum. In cuius etc. (Zeugen in der Urkunde für Reetz.)

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives.

Nach Dickmann's handſchriftlicher Urkunden-Sammlung der Breslauer Univerſitäts-Bibliothek gehört dieſe Urkunde in das Jahr 1341.

XVI. Markgraf Ludwig erläßt der Stadt Dramburg wegen deren Heimſuchung durch die Polen zu ihrer mehreren Befeſtigung auf 5 Jahre ihre Abgaben, am 1. Januar 1350.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. Intuentes turbaciones et moleſtias, quibus diſcretos viros conſules civitatis Dramburch, fideles noſtros dilectos, per polonos hactenus perplexos fore novimus, ipſos a dacione penſionis ſue annue a feſto beate walpurgis proxime veniente ultra per quinque annos continuos immediate ſuccedentes libertamus, his annis durantibus ab eadem liberos eſſe volumus et habere ſupportatos omnimode per preſentes, Sic tamen, quod predictas penſiones ſtante libertate in muros et munimenta civitatis ſcientifice convertere debeant ſine dolo, pro qua quidem liberacione nobis predicti conſules in XL marcis argenti brandenburgenſis ſatisfecerunt, de quibus ipſos quitos dicimus preſentibus et ſolutos. In cujus etc. Datum in civitate nove Landesberg, Anno MCCCL, feria VI circumciſionis domini.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 196.

XVII. Markgraf Ludwig beſtätigt der Stadt Dramburg einen Platz zur Erbauung einer Waſſermühle, am 1. Januar 1350.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. Annuimus diſcretis viris conſulibus civitatis Dramborgh, noſtris dilectis, et annuere decrevimus per preſentes, quod molendinum aquaticum in loco, in quo prius molendinum edificatum fuerat, eidem civitati vicino potuerint edificare. Quem quidem locum illuſtris princeps Otto et Woldemarus, Marchiones Brandenburgenſes, predeceſſores noſtri felicis recordacionis, predictis conſulibus in emendacionem civitatis ſue, et molendinum pro ſuis uſibus ibidem edificatum appropriaverunt, Quam vero appropriacionem confirmamus, ſic quod ipſum molendinum, dum conſtructum fuerit, cum ſingulis ſuis pertinenciis ex eo derivandis debebunt, ſine noſtri, heredum et ſucceſſorum, officiatorum quoque noſtrorum preſencium et futurorum quorumlibet obſtaculo, perpetuis temporibus pretacte civitatis conſules appropriacionis titulo, ſolempni renunciacione adhibita, quiete et pacifice poſſidere. In cujus etc. Teſtes Swartzburg, Haſſe ſenior, Haſſe de Valkenburg, dicti de Wedel, Henricus de Vchtenhagen, Oſth, milites, Johannes de Wedel. Datum in nova Berlin, Anno MCCCL., feria VI die circumciſionis domini.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives fol. 238.

XVIII. Die Markgrafen Ludwig d. Ä. und Ludwig der Römer bestätigen die von Hasso von Wedel zu Dramburg gestiftete Kapelle mit 4 Altären, am 29. März 1350.

In nomine domini amen. Cum circa queque negocia prouidencia, que est efficax rerum domina et magistra, sit semper adhibenda, circa ea, que ad perpetuum diuini cultus augmentum diuina preordinante clemencia a cristi fidelibus conceduntur, caucius est agendum. Hinc est, quod nos Ludovicus et Ludovicus etc. coram vniuersis presencia visuris seu audituris, quorum interest uel quos infra scriptum tangit negocium uel tangere poterit quomodolibet in futurum, recognoscimus et tenore presencium protestamur, quod in nostra et testium infrascriptorum presencia strenuus Hasso rufus de wedel, fidelis noster dilectus, spiritu ex alto inflammatus, pro salutari remedio anime sue, nec non animarum suorum parentum progenitorum, ad augmentum diuini cultus, quandam capellam nouam et vnum altare, primum principalius in honorem omnipotentis dei et sue genetricis beatissime virginis Marie, et in ea secundum ad laudem et honorem sancti Johannis ewangeliste et beati Nicolai, tercium ad laudem et honorem beatarum virginum Katherine et Margarete, et quartum ad laudem et honorem beatarum virginum Barbare et Dorothee dedicauit et dedicando fundauit in opido nostro dramborch, perpetuis temporibus duratura. Dansque altaribus et capelle quoddam stagnum Lubbelzezick, insulam, que sita est in eo, piscariis redditibus, fructibus, emolumentis, judiciis, cum omnibus suis pertinenciis et juribus vniuersis, quemadmodum ipsam a nobis in pheudum hactenus tenuit et possedit, nihil juris uel utilitatis omnino in dicto stagno sibi uel suis heredibus reseruando, sub spe tamen appropriacionis, ratihabitacionis, confirmacionis et appropriacionis nostri irreuocabiliter et perpetuo dono donauit, jus patronatus presentandi personas idoneas ad dicta altaria vacantia sibi duntaxat ad tempus et pro tempore vite sue in huiusmodi fundacione seu donacione Capelle expresse et specialiter reseruando. Postquam vero predictus Hasso diem vite sue clauserit extremum, depositi, uoluit et decreuit huiusmodi juspatronatus, heredibus suis penitus exclusis, ad consules presentes et futuros predicti opidi in dramborch, qui loca quedam competencia pro fabrica structure dicte capelle, nec non pro habitacionibus clericorum, inibi deo famulancium, libertati et emunitati ecclesiastice, sic quod ad nullum seruicium, nullam exaccionem uel taleam, vigilias opidi nocturnas uel diurnas uel ad aliquod debitum uel jus, quocunque nomine censeatur, ipsorum ciuium uel consulum de dictis locis uel habitacionibus uel rebus mobilibus uel immobilibus ipsorum singulis et vniuersis, predictis consulibus uel ciuibus faciendum uel facienda minime teneantur, perpetue donare decreuerunt, solum et in solidum perpetuis temporibus pertinere. Dictusque Hasso ad predicta altaria primum et secundum prothonotarium et capellanum nostrum Th. Morner, decanum ecclesie collegiate Soldinensis, ad tercium vero Ni. Gunterfberg, canonicum Stettinensem, ad quartum olim filium Nicolai de prezzel decreuit presentandum, ita videlicet, ut altariste, uel loca eorum tenentes, predictorum trium altarium, et eorum successores pro tempore, prefato decano et suis successoribus, post eum altaristis, videlicet altaris beate virginis supradicte, tanquam eorum superiori et principaliori altariste reuerenciam debitam exhibeant et honorem eiusque monicionibus et mandatis salubribus, presertim matutinis missis quolibet die in quolibet altari, per se uel per alios, vesperis, vigiliis deuote rite racionabiliter et canonice . . . . ., sicut in ecclesiis parrochialibus fieri consvetum est, nisi infirmitate uel alia racionali causa prepediti et aliis officiis diuinis celebrandis humiliter pareant, obediant et intendant. Si quis vero uel aliqui ex predictis altaristis predicto decano uel suis successoribus in premissis officiis diuinis

celebrandis minime obedirent, quod abſit, extunc quacunque via uel modo quibus poſſit, cum conſilio et auxilio predictorum conſulum, cuius et quorum conſcientias in hoc oneramus, hortantes et aſtringentes eos per juramenta fidelia, ad que deo et nobis ſunt aſtricti, ſic infra XL dierum ſpacium ordinet et diſponet, quod dicte miſſe et diuina officia, ſic ut premittitur, celebrentur. Si vero aliqua contradiccio fieret, quominus infra dictum tempus predicto decano uel ſuis ſucceſſoribus non obedirent, extunc idem decanus uel ſui ſucceſſores et conſules ipſum negocium ad examen archidiaconi et prepoſiti loci referre et deducere tenebuntur, qui eciam infra XL dierum ſpacium vna cum predicto decano uel ſuis ſucceſſoribus et conſulibus efficere et ordinare per conſcienciam ipſius toto niſu ſuo et effectu tenebitur et debebit per cenſuram eccleſiaſticam, quod diuina officia, vt prius ſepe dicitur, celebrentur. Quod ſi facere et ordinare nequiuerit, extunc eo ipſo facto ſine omni contradiccione et defenſione dicta altaria, in quibus negligencia diuinorum, vt predictum eſt, committitur, vacare debent et Haſſo uel conſules predicti poſtea licite et canonice poterunt alium uel alios, qui ad dicendum officia et horas predictas proni et parati fuerint, debebunt et poterunt preſentare. Si vero idem decanus uel aliquis ſuorum ſucceſſorum ad diuina officia celebranda, ut premittitur, rebellis fuerit, tunc is, qui eſt altariſta et officiat altare ſancti Johannis ewangeliſte et beati Nicolai, contra eundem decanum et ſuos ſucceſſores vna cum archidiacono et prepoſito loci et conſulibus procedere poterit et debebit in omni modo et forma, ſicut de aliis tribus altariſtis ſuperius eſt expreſſum. Predicte quoque miſſe et celebraciones diuinorum officiorum incipient in feſto Michahelis proximo ac fructus et redditus predictorum altarium in feſto beati Martini confeſſoris ſubſequenti et poſtea perpetue percipient et tollant. Qua propter idem Haſſo nobis humiliter ſupplicauit, quatenus ad confirmacionem, ratificacionem et appropriacionem dictorum donacionum et fundacionum et aliorum predictorum procedere dignaremur. Nos inſuper operis tam pii cupientes eſſe participes, predicti Haſſonis juſtis deſideriis fauorabiliter inclinati, donacionem, fundacionem, dotacionem, libertatis et emunitatis conceſſionem predictas, nec non omnia et ſingula ſupradicta in honorem dei omnipotentis ſempiternum ratificamus, approbamus, appropriamus et certa noſtra ſciencia in nomine domini perpetue confirmamus. Renuncciantes ſolempniter deliberato animo noſtro et noſtrorum conſiliariorum preſentibus litteris pro nobis, heredibus noſtris et ſucceſſoribus noſtris omnibus juribus, actionibus, que ad nos pertinebant uel pertinere poterant in ſtagno, inſula et locis omnibus et ſingulis aliis ſupradictis. In cuius etc. Teſtes Bombrecht, Huſener, Hele, Zach, Hagen, Lenguelder, Wolff cum ceteris. Datum in Ffrankfurd, Anno M° CCC° L°, feria II infra octauas paſce.

Aus Dickmann's Sammlung des K. Geh. Staatsarchives und der v. Hackwitz'ſchen Sammlung.

XIX. Markgraf Ludwig ſchenkt der Stadt Dramburg die in der Stadt belegenen Mühlen, am 2. Oktober 1351.

Nos Ludewicus, Dei gratia Brandenburgenſis et Luſacie marchio, ſacri Romani Imperii Archicamerarius, comes palatinus Reni, Bauarie et Carinthie Dux, Tyrolis et Goricie comes,

nec non Aquilegienſis, Tridentinenſis et Brixinenſis eccleſiarum aduocatus, noſtri, fratrum noſtrorum dilectorum illuſtrium dominorum Ludowici et Ottonis, Marchionum Brandenburgenſium, et heredum noſtrorum nomine publice profitemur in hiis ſcriptis, Quod diſcretis viris ciuitatis Drowenburg conſulibus, fidelibus noſtris dilectis preſentibus et futuris, dedimus, damus et donatione ſollempni preſentibus donamus omnia molendina, in ciuitate predicta conſtructa, cum omnibus ſuis emolumentis, vſibus, fructibus et quibuscunque derivationibus et deriuantibus, ſic quod ipſa molendina cum omnibus premiſſis ad prenotatos conſules debebunt pertinere pacifice et quiete juſto proprietatis tytulo cum omni jure, forma, conditione et honore, prout nobis pertinebant hactenus, in antea per curſus temporum ſempiternos, quatuor choris annone ad ſcultetos ibidem pertinentibus et juribus ad ipſos ſpectantibus duntaxat exceptis, quos noſtre collationi in perpetuum reſeruamus. Renunciantes omni juri et actioni, quod vel que nobis, fratribus, heredibus et ſucceſſoribus noſtris competunt ſeu competere poterunt in predictis molendinis, quatuor choris premiſſis excluſis, aliqualiter in futurum. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Preſentibus Strennuis viris Friderico de Lochen, capitaneo noſtro generali, Johanne Hüſener, Camere noſtre magiſtro, Wolfardo Satzenhofer, curie noſtre magiſtro, Petro de Breydow, Johanne de Rochow, Haſſone ſeniore, Haſſone de Falckenburg, dictis de Wedel, Henningo de Vchtenhagen, militibus, et Ottone Morner cum ceteris pluribus fidedignis. Datum Königsberg, anno domini milleſimo tricenteſimo quinquageſimo primo, die dominico proximo poſt diem ſancti Michaelis archangeli.

Aus v. Dreger's Abſchrift.

XX. Markgraf Ludwig der Römer nimmt Haſſe von Wedel als Hauptmann zu Schiefelbein mit 100 Gewappneten zur Hülfe ſeines Vogtes der Neumark in ſeinen Dienſt und bevollmächtigt beide zu Friedensverhandlungen mit den Herzögen von Stettin, am 26. April 1354.

Wir Ludewig der Römer etc. bokennen offenthlich vor vns vnd vnſen lieben broder Marggrafen Otten vnd vnſern erben, daz wir dem veſten manne haſſen von wedel von Vchtenhagen, ritter, zu vnſern houptmanne zu dem Schyvelbeyn geſath hebben vnd zetten met diſſem Brieffe, alzo daz er ſtetes hundert gewapent man halden zal. Dar jegen zal vns vnſer voygt ouer oder, Otte von ſliwen, halden tzwe hunderth gewapent man vnd ſzollen dar alzo vnder eynander halden, daz der vorgnante haſſo von Vchtenhagen von alle dem, das zie an beyder ſitten vordinghen, den drudten penning nemen ſchal vnd vnſer vorgnannter Voyget de zwene penningh von derſelben dingniſſe. Auch vm widerſtadinge ziner guth, die wie im tun ſullen, wollen wir daz halden nach zin ſelbes vnd vnſer vorgnannten Voygetes rath. Mochten ober de zwene des nicht ober eynkomen, ſzo ſol der veſte man haſſo von wedel von Valkenburg, vnſer lieber getruwer, den wir darzu ſchaffen vnd geben, eyn dritte man dar ober zin vnd wollen daz nach zinen rate halden, alzo em dat redlichen vnd beſcheiden ducht zin. Hirvm gelobe wir nu ſynen frunden henninghen von wedel, vnſerm kammermeiſter, haſſen von Val-

kenburg, rittern, wedighen, zinen vettern, haſſe von wedel, vnſern lieben getruwen, zu ziner vnd ziner erben hanth, zu ſtan vor allen redelichen ſchaden vnd Koſſt, die ſie vnd ere frunde vnd geſellen in vnſerm denſte iegen vnſe viende traghen vnd nemen, vnd ſullen ouch allen fromen, id ſie an dingniſſe, an gevanghen oder an welchen zachen daz zie, inne behalden iegen eren ſchaden vnd Koſſt vnd vns dar von eyn reddelich rekenſchaff tun. Is des fromen mer, wen des ſchaden, der from zal vnſe zin. Is aber des ſchaden mer, wen des fromen, von den ſchaden ſcholen wir ſie gentzlich nemen vnd in dar vor ful tun. Auch haue wir dem vorgnannten haſſen von Vchtenhagen vnd Otten von ſliwen, vnſerm Voigte, ſulle macht geben vnd geben met diſſem brieſſe, zu teydinghen met vnſern ohmen den jungen herczogen von ſtettin, herczoghen Bugſlaff, barnym vnd worthſlaff, vnd wez ſie met in teygedinghen, id ſie vm frede oder welcherley ſzache des ſie, das wille wir ſtede vnd gantz halten, ob wirs ſelbeſt getedingeth vnd geendet hetten. In cujus etc. Preſentibus Swartzburg, haſſo vnd Ludewig von Valkenburg, Kokeritz, Grifkow, Bombrecht, Wanthſleben, Alvenſleben. Datum Woldenberch, Anno MCCCLIV, in craſtino beati marci evangeliſte.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives und der Breslauer Univerſitäts-Bibliothek.

XXI. Markgraf Ludwig d. R. vereignet dem St. Lorenz-Altar in Dramburg Hebungen aus dem Hufenzinſe, am 3. Februar 1362.

Noverint univerſi etc. Quod nos Ludovicus etc. Zelo pietatis dedimus, damus, juſto quoque proprietatis titulo donamus preſentibus altari ſancti Laurencii, in Drawenburg fundato et ſituato, proprietatem quinque marcarum minus duobus ſolidis levium ſeu denariorum vinconenſium annuorum reddituum in cenſu manſorum ibidem annuatim deriuancium, ita videlicet, quod predicti redditus ad altare ſupradictum de cetero debebunt ſua cum proprietate pacifice et perpetuis temporibus pertinere: quos quidem redditus ſtrenuus vir hinricus de Bornym ad uſum predicti altaris in noſtra preſencia ſponte et libere reſignavit. Renunccіantes et pro nobis omnibus —, que nobis in premiſſis competebant ſeu competere poterint in futuro. In cujus etc. Preſentibus Haſſone de Valkenburg, Haſſone de Vchtenhagen et Wedegone de Wedel, militibus, cum ceteris pluribus. Datum Drawenborch, MCCCLXII, in craſtino purificacionis marie.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 176.

XXII. Markgraf Ludwig der Römer und Otto verpfänden an Jacob von Güntersberg das oberste Gericht oder zwei Pfenninge der Gerichtseinkünfte zu Dramburg für erlittene Gefangenschaft und Schäden, am 26. Juni 1364.

Wir Ludewig der Römer vnd Otto etc. bekennen, dat wy dem veſten manne Jacob von Gunterſberge, vnſen liben getruen, vnd ſynen rechten erben hebben geſetzet met diſſen briue vnſe ouerſte gerichte in vnſe ſtadt zu Dravenburg, dat ſint twei pennige von deme gerichte darſulueſt, vor dritehalf hundert marck vinckenogen, von des ſchaden wegen, den er nam in vnſen dinſte tu kantercke an ſynen venckeniſſe vnd an ſyner andern habe, als lange ynne tu haben vnd vp to born, bet he der drittehalf hundert marck vinckenogen nach rechenſchaft entrichtet wirt gentzlich vnd gar. He ſol vns ouch edder vnſen amptluden reckinſchafft dar von don, wanne wir edder ſy von vnſer wegen dat von en heyſchen. Wanne ſy ock dy egenannte drittehalf hundert marck nach recht rechenſchaft vp haben gebort, ſo ſol vns dat vorgenannte vnſe gerichte von en weder ledigk vnd loſ ſyn. In cujus etc. Preſentibus et datum anno MCCCLXIV.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives fol. 206 und der v. Hackwitz'ſchen Sammlung, in der letztern mit dem Datum:

Soldin, feria quarta poſt Johannis baptiſte.

XXIII. Die Ritzerow verkaufen, mit lehnsherrlichem Conſens der von Wedel, der Stadt Schiefelbein zum dortigen Hoſpitale ihren Antheil an Brunow wiederkäuflich, am 29. November 1369.

Ob labilem memoriam humanam acta hominum in ſcripta rediguntur, quibus ad memoriam reducantur. Hinc eſt, quod nos Henninghus et Ulricus, fratres dicti Ritzerowe, filii Mentze pie memorie, libera voluntate et prehabito Conſilio, unanimi Conſenſu, de voluntate et conſenſu noſtri patris Henninghi, rite et rationabiliter vendidimus et vendimus Honorabilibus et Prudentibus viris Conſulibus in Schivelben noſtram partem ſuper Brunowe et quicquid habuimus in ejus diſtrictis et metis ad uſum et ad utilitatem ſancti ſpiritus in ſchivelben pro quinquaginta quinque marcis denariorum monete ſtetinenſis et quatuor annos a preſenti donatione continuos tali tamen Condictione annexa et ipſorum conſulum Gracia mediante, quod nos dictam noſtram partem ſuper Brunowe et bona, que in ipſa habuimus, pro tali pecunia infra iſtos quatuor annos redimere potuerimus, et annuatim Die beati martini infra dictos quatuor annos quinque marcas Conſulibus in ſchivelbein exſolvere debebimus, quod ſi in uno tunc neglexerimus, quod iſtas quinque marcas non ſolverimus, aut bona predicta infra dictos quatuor annos non redimerimus, ex tunc dicti Conſules bona predicta pro eorum recta et legitima empcione obtinebunt ad uſum ſancti ſpiritus pacifice absque ullo impedimento perpetue poſſidebunt. In teſtimonium premiſſorum ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Nosque Haſſo, miles, et Tydr., Pater, dicti de wedel in Val-

ckenborch, de voluntate dictorum Ritzerowen contulimus et conferimus ſepedictis Honorabilibus Conſulibus in ſchiuelbein bona voluntate predicta bona ſuper Brunowe et de reſignatione ipſis et eorum ſucceſſoribus temporibus perpetuis pacifice obtinenda et poſſidenda. In cujus rei teſtimonium ſigilla noſtra cum ſigillis dictorum Ritzerowen preſentibus ſunt appenſa. Datum Valckenborch, anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo nono, in Vigilia beati Apoſtoli Andree.

Aus der Gundling'ſchen Urkunden-Sammlung Mspt. III, 3. S. 113.

XXIV. Markgraf Otto verſchreibt der Gattin Johann's von Schiefelbein ein Leibgedinge, am 20. Januar 1370.

Dominus contulit nomine dotalicii Berte, vxori Johannis de Schiuelbeyn, villam Teſbedorp et villam Clotzin et molendinum Boſtrin cum XII chororum ſiliginis annuorum reddituum, cum pactu, cenſibus, lignis, paludibus etc., cum ſupremo et infimo judicio, cum agris cultis, cum jure patronatus etc., ſicut prefatus Johannes a nobis in pheodum habet etc. Preſentibus Epiſcopo brandenburgenſi, Guntero comite de lindowe, Johanne de Rochow, Haſſone de vchtenhagen, lippoldo de bredow cum ceteris. Datum Berlin, anno M° CCC° LXX°, die beatorum ſabiani et ſebaſtiani.

Aus einer v. Hackwitz'ſchen Abſchrift.

XXV. Markgraf Otto verpfändet Dramburg an die von Wedel für 600 Marck, am 27. Auguſt 1371.

Wir Otto etc. Bekennen offenbar yn dieſzen briue vor vns, vnſern erben vnd nachkomen allen den, die en ſien eder horen leſen, das wir den veſten luten Haſſen von Wedel vnd von Mellen, Ludikinen vnd Haſſen von Wedel vnd Haſſen von Wedel von Krempczow, eren brudern, vnd iren rechten erben vnd zu iren hant den veſten ritter Haſſen von Vchtenhagen zu eynen rechten phande ingeſetzet haben vnd ſetzen mit diſzen briue vnſe ſtadt vnd hus zu Drauenburgk mit ſynen zubehor vnd mit der Orbore darſelbes, der ſint alle funf vnd firtzik marck Brandenburgiſchen ſulvers vnd vier winſpel rogen in der molen bynnen der ſtadt, vor ſes hundert marck Brandenburgiſchen ſuluers vnd gewichtes, die ſye vns gar vnd gentzlich beczalt haben nach vnſem willen alſzo beſcheidelich, was ſie io des iares redeliches ſchaden tun mogen von den egenannten ſes hundert marken ſuluers, als von zcehen marcken eyne des iares, die ſul-

len wir en gutlich entrichten vnd beczalen mit den egenannten ſes hundert marken ſuluers, Wenne wir das vorgenannte vnſer ſlos widerloſen wollen, ane widerſprake vnd an geuerde: vnd die wile ſie die vorgenannte vnſe ſtadt vnd hus zu Dravenburgk inne haben, ſo ſollen ſy vns damete gewarten vnd vns vnd vnſen liben vettern hertzogen Frideriches von Beyern vnd vnſen erben offen ſlos ſyn vnd bliben wider almenlich, nymant vsgenommen. Ouch beholde wir vns, vnſen erben vnd nachkomen die macht, wenne wir des zu rate werden, das wir das wieder loſen wolten, dat ſie vns dat ſullenn zu kofen geben vor die vorgenannte ſumme geldes VI^{C} marck Brandenburgiſches ſuluers vnd gewichtes ane allerley hulperede vnd widerſprake. Were ouch, das das hus zu Dravenburgk bawes vnd Betterunge bedorffte, ſo ſullen ſy mit geheiſe vnd rate vnſes vnd vnſes ratgeben doran verbowen L marck ſuluers, vnd wenne ſy daran vorbowet haben, ſo ſullen wir vnſer rathgeben czene (zwene?) darzu ſenden, die den bowe ſehen, vnd was die denne ſprechen, das wir yn vor den Bowe entrichten vnd geben ſullen, das wollen wir ym gutlichen entrichten mit den vorgenannten ſes hundert marcken ſuluers, wenne wir die weder geben, ane geuerde vnd argeliſt. Wenne wir, ouch vnſe erben vnd nachkomen des zu rate wurden, das wir das vorgenannte vnſe ſlos Dravenburgk wieder loſzen wollen, ſo ſulle wir en das ein gantz viertel iar vor zuwiſſende tun, des ſy ſich darna gerichten mogen. Des geliches ſullen ſie vns wieder thun. Geſchege das ouch, das ſie die egenannte ſtadt vnd hus zu Dravenburgk, die wiele ire phant ſie, von vns wegen odir an vnſen krigen vorloren edder abgewinnen wurden von vnſen vienden, ſullen ſie vns vorloren ſeyn vnd yn nicht vnd ſullen ine die vorgenannte ſumme geldes beide miteinander gutlichen entrichten edder ander ſchloſſe vnd phande als vil vnd gut, dorvor weder zu phande ſetzen, als yene ſyn, die ſye vorloren hetten, oder dieſelben ſlos vnd phande wider ſcicken ane vorczogk, argeliſt vnd ane geuerde. In cujus rei etc. Preſentibus domino Friderico, duce de Beyern, Haſſone de Falkenburg, Viviantz de Wedel, Ottone Morner cum ceteris. Datum Berlin, anno MCCCLXXI, feria IV poſt Bartolomei Apoſtoli.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives (fol. 278) und der v. Hackwitz'ſchen Sammlg.

XXVI. Markgraf Otto's anderweitige Pfandverſchreibung über Dramburg an Lüdeke von Wedel, vom 27. November 1372.

Wir Otto etc. bekennen, das wir met wolbedachten mute, met wiſzen vnſers rates den veſten manne Ludeken von Wedel zu Mellen, vnſerm liben getruen, vnd ſinen rechten erben phandewiſe geſatzt haben vnd ſetzen met diſzen briue vnſe hus vnd ſtad zu Drauenburg met der Orbar doſelbſt vnd vortmer met allen andern renten, pflichten, geuellen, nutzen vnd zubehorungen, wie man die an beſundern worten genennen mach, nichtes vzgenomen, vor tuſend ſchock bemiſcher groſchen, des geldes wir em ſchuldich ſint ſes hundert ſchock, die er vns in reiten phennigen gelegen hat, vnd IIII hundert vor ſinen ſchaden, die er bis an diſe zit in vnſem dinſte genomen hat vnd vns redlichen berechnet hat: vnd ſol vnd mach met vnſem guten willen alle jar LX ſchok groſchen in nehmen vnd vf ſlan, die egenannte tuſſent ſchok darmite zuvorſchaden.

Wenne wir ouch das egenannte vnſe ſlos Drauenburg, hus vnd ſtad, von ym loſzen wollen, das ſulle wir ym eyn halbes jar darvor zu wiſzende tun vnd ym de egenante ſchok met dem egenanten ſchaden gelden, das bynnen ſynen cziten dar vff gegangen were, zu hand darnach beczollen edder entrichten, das im dar an genuget. So denne von ſtad an ſol er vns dasſelbe ſchlos Drawenburg, hus vnd ſtad, ledichen vnd met alle ſynen zubehorungen wider inantworden one ſyne widerrede vnd alles geuerde. Desgleichen were, ob her das egenannte ſin gelt von vns haben wolde, ſol er vns ouch eyn halbes jar darvor zu wiſzen tun vnd ſol darnach dasſelbe gelt von vns nemen vnd vns vnſer ſlos weder antwerden, als vorgeſcreben ſtet, ane geuerde. Were ouch, ob er redelich gelt bynnen ſynen cziten an deme huſe doſelbiſt verbuwe, das ſullen vnd wullen wir ym met demſelben ſinen gelde ouch abelegen vnd entrichten vnd na eyntracht czwiere manne vnſers rats, czwier ſyner frunde, die wir an beden ſiten darzu kiſen, ane geuerde. Were ouch, das ſy dasſelbe hus Drawenburg bynnen vnſern krigen von ymande vnſer viende ane geuerde abgedrungen worde eder vorbernte, das got wende, ſo ſullen vnd wullen wir im dasſelbe hus eder eyn ander als gut eder anders gutes als vil bynnen eynen virteil jares darna behelfen, ane alles geuerde. Ouch ſullen met diſzem briue alle andere vnſe briue, die wir dem egenanten Ludeken vormals obir das egenante ſchlos Drawenburg vnd vbir ſine ſchulde gegeben haben, alle getotet ſyn vnd machtlos bliben ewiglichen ane alles geuerde. Des gelobe wir dem ergenanten Ludeken vnd ſinen erben vnd zu irer getruen vnd geſampt hand den veſten hanſe von Wedel, ſynen bruder, hanſen von Wedel, ſynes Bruder ſone, haſſen von Mellen, haſſen, Wedigen vnd hinrich von Wedel, zu Crempſov wonaftich, ſynen vettern, ſtete vnd vnvorbothen zu haldende ane alles geuerde. In cujus etc. Preſentibus nobili Gans von Potlitz, Marſchalko, Haſſone von Falkenburg, Frederich von Pechwinkel, Ottone Griff, camere magiſtro, militibus, Henrico de Schulenburg, Viviantz von Wedel cum ceteris. Datum Piritz, Sabato ante Andree, anno domini MCCCLXXII.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung der Breslauer Bibliothek und des Königl. Geh. Staatsarchives, ſo wie aus der v. Hackwitz'ſchen Sammlung.

XXVII. Hans von Wedel, Herr zu Schiefelbein, belehnt ſeinen Vaſallen Coppe von der Labenz mit Grundſtücken in Techenow, am 24. Juni 1375.

Ik Hans van Wedel, Herre tue Schiuelbeyn, Bekenne openbar yn deſſen bryue, dat ik met guden willen vnd met wolbedachten mude hebbe gelegen vnd lyghe minem lyuen getruwen manne Coppen van der Labencze vnd ſynen rechtyn eruen vyr Huuen yn dem velde des dorpes tue Techenow, alze dy Huuen vor van mynem vader ſyn vader gehat hefft vnd em geeruet hefft vry met allem rechte, Sundir yengerleyghe vnplicht vnd bekumernyſſe ewichlikyn vnd vredelikyn tue hebbende vnd tu beſittende. Vppe dat deſſe dyngk van my, van mynen eruen vnd nachkomelynghen nicht tubroken werden, So hebbe ik myn Ingeſigel an deſſen briff laten hengen. Dar ouer ſind geweſt tu Thuge minen man fricze Boſſow, Hans vnd Mechil van

der Elue, Heyne, Hynrik Kiſtorp, Helmich Schulte, Hans Mildechant vnd vele mer guder. Datum in caſtro Schiuelbeyn, Anno domini M°. CCC°. LXXV^to^, ipſo die Natiuitatis Johannis Baptiſte.

Aus L. v. Ledebur's Allg. Archiv V, 356.

XXVIII. Johann von Wedel, Herr zu Schiefelbein, überträgt das Pfarramt in Simatzig einem benachbarten Pfarrer, am 3. Mai 1376.

In nomine domini Amen. Anno a nativitate eiusdem milleſimo quadringenteſimo viceſimo octauo, Indictione ſexta, die Mercurii, menſis Januarii viceſima, prima hora eiusdem diei veſperorum vel quaſi, in domo principali caſtri Marienburg, Pomezanienſis dyoceſeos, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris et domini Martini, diuina prouidencia pape quinti, Anno vndecimo, In mei notarii publici et teſtium ſubſcriptorum ad hoc ſpecialiter uocatorum et rogatorum preſencia, conſtitutus perſonaliter Magnificus et religioſus dominus frater Paulus de Ruſtorff, ordinis beate Marie domus Theutonicorum Jheroſolimitanorum magiſter generalis, Tenens et habens in ſuis manibus quandam literam patentem in pergameno deſcriptam illuſtris principis domini, domini Woldemari, felicis memorie quondam marggrabii Brandenburgenſis, Sigillo eiusdem domini Woldemari rotundo, preſſula pergamenea appenſo Sigillata, Aſſerens magno ſubjacere periculo propter viarum diſcrimina et literarum pericula huiusmodi originalem literam ad diverſa loca portari ſeu deduci, Quapropter dominus magiſter generalis prefatus eandem literam originalem michi notario publico ſubſcripto ad manus tradidit, et ut eam transſumerem ſeu exemplarem ac in publicam formam redigerem, debite requiſiuit. Ego igitur literam eandem ad me recepi, diligenter inſpexi ac ipſam ſanam, illeſam et ſine vicio et ſuſpicione omnibus, ut prima facie apparebat, reperi ipſamque de uerbo ad uerbum exemplaui ſeu transſcripſi et preſens inſtrumentum publicum exinde confeci. Tenor uero et ſeries litere predicte ſequitur et eſt talis:* Wie Woldemar, von der Gnade Godes Marcgreue tu Brandenburg vnd tu Luſitcz, bekennen vnd betughen in deſem breue, dat wi den Erbarn Riddern Hinrik vnd Burcarde von der Oſt vnd eren Brudern vnd eren erſnamen vnd erer kinder erſnamen hebben geleghen dat hus vnd de Stadt tu Drieſen eweliken to eme rechten lene to beſittende mit den molen, de dar ſint vnd noch buwen mach, mit al deme, dat dartu behort, mit tollen, water tol vnd lant tol, mit alleme rechte, mit allem make, mit aller nuth, mit aller vrocht, de to deme vorbenomeden Huſe horen. Vortmer late wi en de Heide vnd de Dorpe, de to der poleneſchen ſyde licht, mit al den ſeen, mit al den vliten, mit al den ſcheiden,

alſo wie ſe vor hebben gehat. Vortmer late wi deſen vorbenomeden vnd eren erfnamen de Heyde, de to der dudeſchen ſyde lycht, de dar heiten de Berghe to Dreiſen, mit allen ſeen, mit allen vleiten, mit allen molen, mit allen holten, mit allen bruken, mit aller nuth, mit aller vrucht to ewigliken tiden vrie to beſittende. Dit gut dat late wie em mit ſodaner ſcheide von Gotzun wente to curow, van curow wente an dat vlet to der czuchen, von der czuchen de heide vp wente an de Drawe, de Drawe nedir wente an de Netcze vnd de Necze went an Gotzun. Vortmer late wi deſen vorſproken riddern vnd eren eruen dat vorbenante goet mit allen rechten, mit den hogeſten vnd ſydeſten, mit bede vnd mit allirhande bede, mit deneſte vnd mit waghendeneſte, mit kerklenen, mit allerhande nuth vnd mit allir vriheit, als wi dat ghehat hebben, to eme rechten lene to beſittende ewichliken, als hir vor beſchreben is. Vor dit vorbenumede guet geuen vs deſſe riddere vnd ere brudere mit willen twe duſent marc brandenburgiſchen ſiluers. Deſſir lehunge vnd deſſir ding ſint tuch: Greue Gunther von Keuernberg, Conrad von redern, Bertolt ſchenke, Friderik von Aluensleue, Ebelle von Widderhaw, vſe vogeth, vnd Henning Botel, vſe riddere. Vp dat deſſe Liunghe gancz vnd ſtede bliue, ſo geue wi deſſen briff, geſeghelt mit vnſeme Inghegheghelle. Dat is geſcheen to Leuenwolde, na der bort Godes Tuſent Jar vnd drehundert iar, in dem ſeuenteinden iare, in dem helighen daghe to Lichtmeſſen vnſer leuen vrouwen. Sigillum uero dicte litere appenſum rotundum de cera communi glauci coloris, ab extra ab intra vero habens ceram apparentem coloris viridis, tendentem tamen ad ingredinem. In cuius ſigillo medio clipeus et in medio clipei aquila magna alis extenſis ſtare videbatur. Litere uero circumferenciales, que legi poterant, dictiones ſequentes figurabant: Wodemar dei gracia margravius brandeburgenſis. Super omnibus et ſingulis premiſſis dominus magiſter generalis prelibatus ſibi confici peciit a me notario infraſcripto vnum uel plura publicum uel publica, aut tot, quot ſuffecerint, inſtrumentum uel inſtrumenta. Acta ſunt hec Anno, Indictione, die, menſe, hora, loco et pontificatu, quibus ſupra, Preſentibus famoſis et ualidis Johanne Rothoff, Thymon de Michelaw et Petro Tolkyn, Pomezanien., Wladiſlau. et Warmien. dyoceſium armigeris, Teſtibus ad premiſſa vocatis pariter rogatis et requiſitis.

Et ego Martinus Luce de Marienborg, clericus Pomezanienſis Dyoceſeos, publicus imperiali auctoritate notarius, quia preſcriptam literam originalem fideliter transſcripſi, exemplaui ſeu transſumpſi, nichil addito, ſubtracto ſeu mutato, quod ſenſum variet aut mutet intellectum factaque collatione diligenti hoc preſens publicum transſumptum cum ipſa originali litera de uerbo ad uerbum concordare inueni, Ideo hoc preſens transſumptum manu mea conſcriptum in notam recepi publicam et in hanc formam publicam redegi Signoque, nomine et cognomine meis ſolitis conſignaui, vocatus, rogatus et debite requiſitus, in fidem et teſtimonium euidens omnium et ſingulorum premiſſorum.

Nach einer Abſchrift aus dem Königl. Geh. Archive zu Königsberg.

II. Markgraf Ludwig von Brandenburg verleiht an Betkin von Oft 50 Marck jährlicher Hebung aus der Stadt Friedeberg zum Bau der nach dem Schloſſe Drieſen führenden Wege und Dämme, am 21. Januar 1330.

Nos Ludowicus, Dei gracia Brandenburgenſis et Luſatie Marchio, preſentibus publice proteſtamur, quod fidelibus noſtris Betkino de Oft, famulo, ejus fratribus et patruis eorumque veris heredibus contulimus et conferimus quinquaginta marcas Brand. argenti redditus in contributione civitatis noſtre Fredeberg annuos, juncta manu juſto feudo percipiendos terminis in conſuetis, ob emendationes viarum et aggeris tendentium ad Caſtrum Drieſen libere poſſidendos. In cujus rei teſtimonium dari fecimus preſentes litteras noſtro ſigillo roboratas. Datum Cedenik, in die beate agnetis virginis ſancte, Anno Domini milleſimo tricenteſimo triceſimo, preſentibus teſtibus Reverendo patre Domino Ludovico, Brandenb. eccleſie Epiſcopo, Nobili viro Domino Guntero Comite de Lyndow, Jord. de Nuwendorff, Henningo et Henrico de Sidow, Hermanno de Wolkow, militibus, Haſſone et Wedegone de Wedele, famulis, et Hermanno de Lucho, prothonotario noſtro, cum pluribus de noſtra familia fidei conſtantia decoratis.

Nach Abſchriften in L. M. v. Werner's geſammelten Nachrichten Bd. I. pag. 68 und der Dickmann'ſchen Sammlung f. 273.

III. Markgraf Ludwig belehnt Bürger Friedeberg's mit Beſitzungen in Cartzig, am 22. Juli 1333.

Anno domini M°. CCC°. triceſimo tercio, quinta feria ante Jacobi, contulimus Reinkino et martino, fratribus, dictis polen, ciuibus in Vredeberg, quinque manſos ſoluentes terciam mediam libram denariorum, tabernam ſoluentem decem ſolidos denariorum in villa Gartzik medium chorum ſiliginis in molendino ibidem omni iure, quo ea Eb. Retzin tytulo feodali a marchione woldemaro predeceſſore tenuit.

Aus dem Leipziger Copialbuche der Advoc. Lantesp. p. 23. No. I.

IV. Markgraf Ludwig befreiet die Stadt Woldenberg auf 4 Jahre von allen Abgaben, am 22. Juli 1333.

Anno et die ſubnotatis Exemimus ciuitatem noſtram waldinborg a die commemorationis beati pauli per quatuor annos ab omni penſione annua.

Aus dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Landsberg Bl. 23, No. III. Das Datum iſt das der vorſtehenden Urkunde.

V. Betekin und Arnold von der Oſt quittiren den Markgrafen Ludwig wegen einer Forderung aus der Verwaltung der Vogtei Friedeberg, am 26. Juli 1333.

Qvoniam cum rerum geſtarum certiſſima comprehenſio ſit ſcriptura, que de verborum ſerie in ipſam redactorum nihil auget, minuit ſiue mutat, Nos igitur betekinus et arnoldus, famuli et fratres, dicti de Oeſt, coram omnibus criſti fidelibus, quorum audientie et preſentie productum fuerit preſens ſcriptum, publice profitemur, Quod magnificum et Illuſtrem dominum, dominum Ludouicum, marchionem brandenburgenſem, de omni pagatione et ſolutione omnium debitorum, quibus nobis ex procuratione et officiatu aduocatie vredeberg tenebatur, dimittimus liberum, quitum preſentibus et ſolutum. Nam nobis dicta debita omnimode et plenarie dedit et perſoluit, nec oportet ut a nobis aut a noſtris heredibus aliqualiter moneatur. In cujus rei teſtimonium preſentem literam noſtri ſigilli munimine fecimus communiri. Datum in premzlaue, anno domini M°. CCC°. XXXIII°, ſequenti die poſt Jacobi apoſtoli.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in qu.).

VI. Markgraf Ludwig verleiht an die Gebrüder Bechtold und Arnold von Oſt Hebungen aus Friedeberg unter der Bedingung, ihm mit ihrer Veſte Drieſen gehorſam zu ſein, im Jahre 1334.

Anno eodem (1334) Nos Ludovicus etc. Attendentes grata obſequia nobis per ſtrenuos viros Bechtoldum et arnoldum, fratres, dictos de Oſt, exhibita et adhuc in poſterum exhibenda, ipſis ipſorumque veris heredibus deputauimus et preſentibus deputamus XL libr. denariorum brand. annuorum reddituum in ciuitate noſtra Vredeberg, duorum ſibi XX libr. in feſto beate walpurgis et totidem in feſto beati Martini proxime tunc ſubſequentis, quouſque id ipſis conpetierit et etiam nos duxerimus reuocandum, Tali condicione tamen interpoſita, quod iidem fratres de Oſt

nobis aut ſucceſſoribus noſtris cum municione eorum dicta driezen, videlicet caſtro et oppido, contra quoſlibet parere debebunt et in ſingulis noſtris neceſſitatibus cum omnibus ipſorum viribus ſine dolo quolibet fideliter obedire. In cuius etc.

Aus dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Landsberg Bl. 23, No. VIII.

VII. Markgraf Ludwig beſtätigt eine in der Pfarrkirche zu Woldenberg vorgenommene Altarſtiftung, am 24. März 1336.

Anno domini M° CCC° ſexto, die palmarum, in Vrankenford. Ob vniuerſarum rerum conditoris laudem et reuerentiam diuinique cultus augmentum iugemque memoriam progenitorum et ſucceſſorum ſuorum et animarum ſalutem propriam dotauerunt et fundarunt ſtrenuus uir dietericus de Bornim, fidelis noſter dilectus, nec non Johannes Melcer et willikinus de wrizna, ciues noſtri in woldinburg, in eccleſia parochiali ciuitatis predicte quoddam altare, conſecratum in honore beate Marie virginis, cum octo fruſtis denariorum annue penſionis, quorum ſex cum dimidio in cenſu manſorum et XXX ſolidi in cenſu arearum intra muros ciuitatis predicte ſita ſunt ſua propria ſubſtantia ſiue rebus. Qui quidem prenotati, noſtram adeuntes preſentiam, nobis, vt eidem altari dictos redditus incorporare et appropriare dignaremur, cum inſtanti inſtantia ſupplicarunt, quorum inſtanciis fauorabiliter annuimus iuxta uota, Eidem altari prenotatus redditus ob perpetuam predeceſſorum noſtrorum bone recordacionis, noſtri, heredum et ſucceſſorum noſtrorum memoriam appropriauimus, donauimus ſine dacione muneris alicuius, appropriamus preſentibus et donamus ſic, quod perpetue poſſit gaudere et vti de eiſdem impedimento quolibet reſecato, tali condicione, quod dicti altaris preſentacio ſiue collacio poſtquam nos vnam ad ipſum altare preſentauerimus, cuius facultatem nobis poſt deceſſum perſone nunc dictum altare officiantis reſeruauimus ad dietericum de Bornim, Johannem Melcer et Willikinum de wrizna redire nulla contradictione interveniente, debebit pariter et deuolui.

Aus dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Landsberg Bl. 25, No. XV.

VIII. Markgraf Ludwig beſtätigt der Stadt Friedeberg eine ältere Zuſicherung, wornach ihre jährliche Abgabe nicht mehr als 60 Marck Silber betragen ſoll, am 7. April 1336.

Eodem anno, die et loco (Arneburg, dominica quaſimodogeniti). Recognoſcimus etc. quod nos etc. attendentes et diligenti conſideracione penſantes obſequiorum et fidelitatis nobis a longinquis temporibus per ciuitatis noſtre Vredeberg ciues fideliter inpenſorum promptitudinem,

ipſis ipſorumque heredibus et ſucceſſoribus ad ipſorum inſtantem inſtantiam litteras pridem noſtri nomine datas ſub modis et conditionibus, prout ipſis per nos ſuper annua ipſorum contributione, ſic quod nobis neque ſucceſſoribus noſtris ſecundum priores litteras annuatim non magis, quam ſexaginta marcas argenti ſoluere neque dare teneantur date ſunt, confirmamus, ratificamus et preſentibus approbamus.

Aus dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Landsberg Bl. 25, No. XVII.

IX. Markgraf Ludwig ermäßigt der Stadt Friedeberg ihre jährliche Abgaben und beſtätigt ihr ſeine über das Dorf Gorik gegebene Verſchreibung, am 24. Auguſt 1337.

Anno domini M. CCC. XXXVII., in die beati Bartholomei Apoſtoli. Ludouicus etc. Attendentes fidelitatis veſtre conſtantiam dampnorumque occaſione noſtra per aduerſantium illationem perpeſſorum vobis egeſtatis et inopie, quas vos dictorum dampnorum ratione illapſi eſtis, in datione penſionis ſiue contributionis veſtre annue in L marcis argenti Brandenburgenſis et ponderis condeſcendimus, ſic quod de ipſis L marcis argenti penſionis veſtre predicte, vos, quouſque vobis in C cum L marcis argenti integraliter noſtri nomine reſuſum fuerit, habebimus et haberi efficere volumus penitus ſupportatos. Volentes eciam literas quondam ſuper inpheodatione ville dicte Gorik per nos datas et admiſſas ſecundum ipſorum ritam continentiam inconvulſas tenere pariter et gratas. In cuius etc. Teſtes Io. Buch, Ianeke Stigelitz, Laurencius de Griffenberg, Henningus de Berlin etc.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).

X. Markgraf Ludwig beſtätigt Bürgern in Friedeberg von Betkin von der Oſt erkaufte Mühlpächte, am 2. Oktober 1337.

Anno domini M. CCC XXXVII., feria quinta poſt Michahelis, in ciuitate Berlin contulimus et preſentibus conferimus diſcretis viris Martino et reynekino, dictis Polen, ciuitatis noſtre Vredeberg ciuibus, ipſorumque veris heredibus, quoad manum coniunctam quatuor choros ſiliginis annue deriuationis ſiue penſionis ex inferiori molendino annis ſingulis deriuandos eo modo, forma, conditione et iure, quibus dictos choros ſtrenuus miles Betkinus de Oſt ipſis debito pretio uendidit, ſine impedimento quolibet quiete et pacifice poſſidendos. In cuius etc. Teſtes etc.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).

XI. Markgraf Ludwig vereignet dem Lüdkin, Bürger in Friedeberg, gewisse Hebungen zur Uebertragung in kirchlichen Gebrauch, und legt ihm für die Verwaltung des Landgerichtes Einkünfte bei, am 10. Oktober 1338.

Anno M° CCC° XXXVIII°, in Soldin, in crastino Dyonisii. Nos Ludouicus etc. Discreto viro Ludkino, ciuitatis nostre Vredeberg ciui, sincere nobis dilecto, IX solidos denariorum Brandenburgensium cum VII denariis annue pensionis in mansorum et arearum censibus annuis, quos ob salutem sui et heredum sibi succedentium altari dotando in ecclesia ibidem proponit et intendit applicare, appropriauimus et appropriamus per presentes, pro qua quidem appropriatione idem Ludkinus tria frusta cum dimidio denariorum Brandenburgensium annue deriuationis in pensione ville dicte Garrik nobis heredibusque nostris libere dimisit, deputauit et renuntiando frustis eisdem renuntiatione publica expressius assignauit. Deputamus etiam sibi ob id, vt iudicium prouinciale tamquam iudex legitimus fideliter regat et dirigat, tres marcas argenti Brandenburgensis et ponderis in consistorio ciuitatis nostre predicte singulis annis percipiendas et tollendas temporibus solummodo vite sue. Annuimus etiam sibi ex fauore singulari, ut, dum ipse eidem iudicio egritudinis vel alio legitimo casu prepeditus preesse non valebit, quod alium ydoneum ipsius loco statuere poterit, quousque a casu sibi tunc obstante fuerit releuatus. In cuius etc. Testes Bortuelt, Ysoldesrider, Heylo, Bet. de Ost, milites, Hasso de Wedel senior, Ty. de Brederlo cum ceteris.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).

XII. Markgraf Ludwig erläßt der Stadt Woldenberg die Urbede auf 2 Jahre, am 10. Dezember 1340.

Nouerint vniuersi presentia inspecturi etc. Quod nos Ludowicus etc. Relaxauimus prudentibus viris consulibus ciuitatis Waldinberg, fidelibus nostris dilectis, pensionem annuam solitam nobis debendam a festo beati Martini proxime venientis per duos annos continuos, sic quod nobis nec vlli officiatorum nostrorum ipso durante tempore ad vllius pensionis solutionem teneantur, et presentibus decreuimus relaxare. Volentes tamen, vt iidem eiusdem pensionis deriuationem in munimenta muros et fossata ipsius ciuitatis euidenter dirigant et conuertant. In cuius etc. Testes Conradus dux de Tecke, Guntherus comes de Swarzburg, Io. de Buch, H. Rischach, nostre curie magister, Albertus Wolfueltein, Helo, Marschalcus, cum ceteris. Datum Spandow, anno domini M. CCC. XL., die dominica post diem beati Nycolai episcopi.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).

XIII. Markgraf Ludwig belehnt Bürger zu Friedeberg mit Besitzungen in Mansfeld und Pelitz, am 29. Januar 1341.

Nouerint etc. quod nos Ludowicus etc. contulimus et presentibus conferimus discretis viris Reynkino, Martino et Nycolao, fratribus, dictis Polan, ciuitatis nostre Vredeberg ciuibus, fidelibus nostris dilectis, nec non Iacobo et Nycolao, eiusdem Reynkini filiis, suisque legitimis heredibus VIII mansos, V solidos denariorum Brandenburgensium in taberna, octauam partem iudicii, in villa mansvelde situatos, cum omni iure, gracia, commodo et utilitate, quibus dictos mansos, denarios in thaberna, partem iudicii strenui viri Luderus, echardus et nycolaus, fratres, de hersleibe fideles a predecessoribus nostris marchionibus Brandenburgensibus bone recordationis et a nobis tenuerunt et habuerunt, et eciam decem mansos in villa pelitz eodem jure, gratia, commodo et utilitate, quibus dictos mansos fideles nostri echardus et nortmannus, fratres, de herslebe, a predecessoribus nostris marchionibus pretactis eciamque a nobis tenuerunt et possiderunt, denuo quiete et pacifice possidendos, iuribus tamen nostris in predictis villis vtrobique plenarie reseruatis. In cuius etc. Testes huius sunt Beringerus Heylo, albertus wolfsteiner, Bombrecht, pincerna, milites, Tyd. Brederlo cum ceteris. Datum soldin, anno domini M. CCC. XLI., feria secunda post conversionem sancti pauli.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

XIV. Markgraf Ludwig sichert der Stadt Friedeberg freie Schifffahrt zu, am 5. Februar 1345.

Nouerint etc. Quod nos Ludowicus — Considerata fidelitatis promtitudine discretorum virorum consulum vniuersitatis ciuitatis nostre Fredeberg nobis exhibita sepius et impensa, eisdem talem fecimus et presentibus facere decreuimus graciam specialem, videlicet quod liberum facere poterunt nauigium siue meatum navium et situm predicte civitatis vsque in Stettin per fluuios subnotatos, primo per fluuium dictum polka, qui dirigit in netzam, a quo in alium, qui dicitur trawa, qui ducit in oderam et deinceps per ipsam oderam ascendendo seu descendendo suis cum mercibus atque rebus transire valebunt ad loca singula, secundum quod ipsis melius et commodosius videbitur expedire. Debebunt quoque ab omnibus theloneorum dacionibus supportari cum descendunt duntaxat, eo dempto theloneo in Tzweth, vbi dimidietatem dicto in descensu dare sine recusacione qualibet tenebuntur et in descensu (ascensu?) plenum et consuetum erogare debebunt theloneum in locis singulis et vniuersis, vbi ex debito solet exigi siue colligi, Addentes in premissis, quod cum generalis prohibicio per terras nostras facta fuerit de annonis deducendis preter illas annonas, quas emendo in terris polonie sua pecunia comparabunt . . . . . In cujus testes Wolfstein, Swyker, Husener, Altman. Datum Soldin, sabbato ante esto michi, Anno XLV°.

Aus der Dickmann'schen Urkunden-Sammlung der Breslauer Universitäts-Bibliothek und des Geh. Staatsarchives und der Hackwitz'schen Sammlung — in allen Abschriften gleich mangelhaft.

XV. Markgraf Ludwig vereignet der Stadt Woldenberg eine Hebung in ihrem Bereiche, am 5. März 1345.

Ludowicus etc. Diſcretis viris Conſulibus totique communitati ciuitatis Waldenberg etc. Ex eo quod per cottidianos hoſtium et emulorum inſultus grauia periculorum diſpendia ſepius pertuliſtis, nos in refuſionem et reſtaurum dampnorum eorundem ob veſtre fidelitatis conſtantiam in vobis laudabiliter compertam vobis et uniuerſitati ciuitatis predicte de mera mentis noſtre beniuolentia XXIIII libras leuium denariorum, qui vulgariter dicuntur Vynkenogen, in metis, limitibus, terminis et diſtinctionibus ipſius ſitas, appropriauimus et appropriare decreuimus per preſentes, perpetuis temporibus ſine inquietatione qualibet pertinendas. Renunciantes etc. In cuius etc. Teſtes Swartzburg, Wolffteiner, Hele etc. Datum Tankow, ſabbato ante Letare (Anno M. CCC. XLV.).

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in qu.).

XVI. Markgraf Ludwig ermäßigt die von der Stadt Tankow zu leiſtende Urbede, damit die Stadt ſich befeſtigen könne, am 24. Februar 1347.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc., intuentes intencionem ac propoſitum firmum, quam uel quod fideles noſtri, ciuitatis Tankowe conſules, ad muniendam ciuitatem eandem gerunt, ipſis in penſione eorum annua, que ſe hactenus ad XVI marcas argenti extendebat, premiſſorum gracia condeſcendendo graciam fecimus et preſentibus facimus ſingularem, ſcilicet deinceps nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris annue penſionis tantummodo X marcas argenti brand., dummodo reſiduas VI marcas euidenter in munimenta ciuitatis premiſſe convertant et dirigant, annuis temporibus erogare. In cuius — teſtes Huſener, Wolffſtein, Satzenhofer, pincerna, Magiſter coquine, Wolkow, Loterpeck. Datum Ffrankfurt, Anno M° CCC° XLVII°, in die ſancti Mathie.

Aus Hackwitz'ſcher Abſchrift und der Dickmann'ſchen Sammlung fol. 248.

XVII. Markgraf Ludwig befreiet die Stadt Drieſen von gewiſſen Zollabgaben für ihren Handelsbetrieb, am 14. Oktober 1347.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc., intuitis et conſideratis meritis et fidelibus obſequiis, nobis per ſtrenuum militem Bethkinum de oſt, fidelem noſtrum dilectum, exhibitis fide-

liter et inpensis, discretis viris consulibus et vniuersitati ciuitatis dryssen, videlicet qui proprias domus habent et residenciam habent inibi personalem, presentibus et futuris talem graciam specialem fecimus et facere decreuimus per presentes, quod annonam et quamcunque farinam, brasium, pannum, allecia, pisces, lignum, cineres, cuprum, ferrum, sal et omnia mercimonia qualitercunque nominata, similiter descendendo et ascendendo, sursum et deorsum per aquas nauigando in Czantoch, landesberg, Custrin et zweth ..... In cuius — Testes Lochen, Wedel senior, Brederlow, Rochoue, Bredowe cum ceteris. Datum Berlin, Anno M° CCC° XLVII°, dominica ante Galli.

Aus der Dickmann'schen Urkunden-Sammlung der Breslauer Universitäts-Bibliothek.

XVIII. Markgraf Ludwig verschreibt der Stadt Tankow die Befreiung von der Urbede, bis die Zahlung von 90 Marck, die sie für ihn an Albert von Wenden geleistet hat, getilgt ist, am 21. Oktober 1347.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. dilectis viris consulibus et universitati civitatis nostre Tankow, fidelibus nostris dilectis, ex eo, quod Albertum de Wenden pro XC marcis argenti brandenburgensis pro sua nostri nomine propria pecunia liberarunt, volumus et annuimus per presentes, quod pensionem suam annue nobis debendam pro se tollere (debeant) singulis annis tamdiu, quousque de dicta pensione receperint et collegerint C et XXV marcas argenti brandenburgensis et ponderis, in quibus ipsis ex justo debito obligamur. In cujus etc. Lochen, capitaneus, Hasso senior, Ost, Brederlow, milites, Henricus et Arnoldus de Vchtenhagen, famuli, cum ceteris. Datum Soldin, Anno MCCCXLVII, dominica post galli.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives fol. 248 und einer Hackwitz'schen Abschrift.

XIX. Markgraf Ludwig verwandelt die Mannlehne eines Bürgers in Friedeberg in Weiberlehne, am 26. September 1348.

Nouerint etc. Nos Ludovicus etc. quod singula et vniuersa bona pheudalia, vndique sita, eciam qualitercunque nominata, que discretus vir Reynekinus palen, ciuitatis nostre fredeberg ciuis, et eius heredes masculini sexus a nobis possiderunt et adhuc possident, exnunc de gracia speciali contulimus et presentibus conferimus eiusdem Reynekini heredibus vtriusque sexus tam masculis quam femellis, eo jure, gracia, commodo, quo idem Reynekinus ea possidet, perpetuis temporibus possidenda. Testes Hasso senior, Wolffteiner, Ost, Hasso de Valken-

burg, Brederlow, milites, et Hen. de Vchtenhagen. Datum Noua Berlin, anno M. CCC. XLVIII., feria VI ante Michahelis.

Aus der Hackwitz'schen und der Dickmann'schen Sammlung.

XX. Markgraf Ludwig verschreibt dem Knappen, genannt Räuber, eine Hebung aus dem Hufenzinse zu Tankow, am 3. Januar 1349.

Nouerint etc. Quod nos Ludowicus etc. Contulimus et presentibus confitemur famulo famoso dicto Rovber a nobis dilecto suisque veris et legitimis heredibus X marcas leuium denariorum minus IIII solidis annuorum reddituum in censu mansorum ciuitate nostra Tankow sitas meritorum suorum fidelium nobis hactenus exhibitorum et in antea fidelius exhibendorum (respectu), perpetuis temporibus quiete et pacifice sine inquietacione qualibet possidendas. In cuius etc. testes Wolffteyn, Hasso junior de Wedel et Ost cum ceteris. Datum nova Landsberg, anno XLIX, Sabato post Circumcisionis domini.

Aus dem Steinwehr'schen Diplomatarium in Breslau.

XXI. Markgraf Ludwig ermäßigt die jährlichen Abgaben der Stadt Woldenberg, am 3. Januar 1349.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. in refusionem et sublevamen laborum et oppressionum per discretos viros consules et universam civitatem Woldenberg, fideles nostros dilectos, propter nostri et terre nostre conservacionem habitorum, ipsis predicte civitatis nostre civibus et universitati presentibus et futuris condescendimus et condescendere decrevimus in IIII marcis argenti brandenburgensis de pensione ipsorum annua singulis annis duobus terminis videlicet in festo beate walpurgis in duabus marcis et in festo beati Martini in tot marcis nobis hactenus datis, sic quod in antea ipsos in eisdem perpetuis temporibus sine inquietacione qualibet heredum et officiatorum nostrorum quorumlibet habere volumus omnimode supportatos. In cuius etc. testes Wolffsteiner, Wedel, Ost, Th. Brederlow, milites. Datum nova Landspergh, Anno MCCCXLIX, sabbato post circumcisionis domini.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives fol. 196.

XXII. Markgraf Ludwig verschreibt an Betekin von Ost Hebungen aus dem Dorfe Wugarten, am 5. Januar 1349.

Nouerint vniuerſi, tenorem preſentium inſpecturi, quod nos Ludewicus, Dei gratia Brandenburgenſis et Luſatie Marchio, Comes palatinus Reni, Bauarie et Karinthie Dux ſacrique Romani imperii Archicamerarius, obligauimus et expoſuimus preſentibus etiam locamus ſtrennuo militi Betkino de Oſt, fideli noſtro dilecto, precariam denariorum frumenti et carnium ville Wugarden, nec non cum ſingulis pertinentiis, nobis in eadem villa vacantibus ad premiſſa, pro trecentis marcis argenti Brandenburgenſis et ponderis, quas pro noſtris ſumptibus et vſibus noſtri nomine expoſuit et adhuc exponere ſecundum juſtam rationem debebit, tam diu tollendam et percipiendam, quouſque ſibi aut ſuis heredibus de predictis trecentis marcis ſatisfecerimus integraliter et complete. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Teſtes vero hujus ſunt ſtrennui viri Ludewicus de Wedel, Albertus de Wolfffteín, Haſſo de Falkenburg, Tidericus Brederlo, milites, cum ceteris pluribus fidedignis. Datum Frankenford, anno domini milleſimo tricenteſimo quadrageſimo nono, feria ſecunda in vigilia Epiphanie ejusdem.

Nach einer Abſchrift in der von Dreger'ſchen handſchriftl. Sammlung.

XXIII. Die Markgrafen Ludwig der Römer und Otto verſchreiben dem Dobergaſt von der Oſt zum Ritterlehne und deſſen Vater Betkin eine Hebung aus Blumberg, am 7. April (1350?).

Domini ambo contulerunt Dobergaſt de oſth, militi, ad miliciam ſuam et Betkino, patri ſuo, et ipſorum heredibus XIII fruſta annuorum reddituum, ſita in precaria ville blumenberch in merica maſſin, perpetue poſſidenda juſto pheudi titulo, eo jure, quo dominus habuit. In cuius etc. Teſtes Bombrecht, Nimicus de Hele, Hager, Lengfeld. Datum frankenfurd, feria IIII poſt quaſimodogeniti.

Aus Hackwitz'ſcher Abſchrift. Das Jahr der Ausſtellung fehlt.

XXIV. Markgraf Ludwig d. R. verleiht dem Dobergaſt von der Oſt, Betkin's Sohne, zur beſſern Behauptung der neu erlangten Ritterwürde das Dorf Blumberg mit allen Rechten, am 11. November 1350.

Nos Ludewicus Romanus, Dei gratia Brandenburgenſis et Luſacie Marchio, nec non Sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Reni et Bauarie Dux, Tenore preſentium notum fecimus univerſis, quod nos diſcreto viro Tobirgaſt, militi noſtro, nato ſtrenui militis Betkini de Oſt, fidelis noſtri dilecti, ob militaris ſtatus et honoris nouitatem et incrementum et ſpecialis favoris ob reſpectum, necnon dicti patris ſui Betkini meritorum fidelium conſideratione contulimus, donamus et conferimus per preſentes villam noſtram Blumenberg cum omnibus juribus, libertatibus, commodis et honoribus ac prouentibus, redditibus ſeu omnium precariorum et fructuum obuencionibus dicte ville pertinentibus, aut ratione eorundem ſeu inde quocunque derivari potentibus eo jure et forma, quibus nos ac noſtros anteceſſores felicis recordationis Marchiones Brandenburgenſes jam longe retractis temporibus tenuiſſe villam prenotatam conſtat et poſſediſſe, cum devolutione omnium bonorum a nobis in villa eadem in feudum procedentium, quorum ſi poſſeſſores feodi capacibus heredibus non relictis decedere contingeret ac obire, eadem bona nichilominus eidem Tobirgaſt ex nunc, prout ex tunc conferimus per preſentes prenotatam villam atque bona in antea perpetuis temporibus tenendam, percipiendam ac contradictione ſeu quibuslibet impedimentis ſemotis pacifice juſto proprietatis titulo poſſidendam, quam quidem graciam, collacionem ſeu donacionem, ſi dictus Tobirgaſt legittimis heredibus non relictis decedere contigeret ſeu obire, tunc ad reliquos fratres ſuos, predicti Betkini de Oſt filios legittimos, ea gracia ac juris plenitudine, qua ſupra, gracioſus extendi volumus et devolui. Teſtes vero hujus ſunt diſcreti Viri Wolffardus Lengenfelder et Gottfridus Hagen, milites, et Jacobus, Prothonotarius noſter et Cappellanus, et Nicolaus Nemingk, ciuis noſter in Frankenford, cum pluribus aliis fidedignis. Datum in Franckenford, anno Domini Milleſimo tricenteſimo quinquageſimo, in die beati Martini.

Nach einer Abſchrift aus L. R. v. Werner's geſammelten Nachrichten Bd. I. pag. 72 und der Dickmann'ſchen Urkunden-Sammlung des Geh. Staatsarchives f. 288.

XXV. Die Markgrafen Ludwig d. R. und Otto belehnen Betkin von Oſt für das ausbedungene Oeffnungsrecht an Drieſen mit 50 Marck Silber aus den Abgaben der Stadt Friedeberg, am 11. November 1350.

Nos Ludewicus Romanus et Otto, Dei gratia Brandenburgenſes et Luſatie Marchiones, necnon Sacri Romani Imperii Archicamerarii, comites Palatini Reni et Bauarie Duces, publice preſentibus proteſtamur, quod nos viro ſtrenuo Betkino de Oſt, fideli noſtro dilecto, ac legittimis et veris ſuis heredibus, fidelia ipſius penſantes oſſequia, contulimus et preſentibus conſe-

rimus quinquaginta Marcas argenti Brandenburgenſis et ponderis ob id etiam, ut ad caſtrum ſeu domum ipſorum Drieſen nobis ac noſtris pro ſingulis noſtris neceſſitatibus et indigenciis ſemper acceſſus ac introitus pateat liberalis, ſingulis annis in penſione precaria ſeu contributione ciuitatis noſtre Fredeberg integraliter ipſis dandas, a nobis quoque dicte Ciuitatis contribucionem in antea libere tenendam, percipiendam et pacifice tollendam terminis conſuetis et poſſidendam. In cujus teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Teſtes hujus ſunt viri nobiles Ulricus Comes de Lyndow, Guntherus Comes de Schwartzburg, Fridericus de Lochen, Haſſo ſenior de Wedell, Johannes de Buch, Henningus de Vchtenhagen, Henningus de Wedell cum pluribus fidedignis. Datum in Frankenfort, anno Domini milleſimo tricenteſimo quinquageſimo, in die beati Martini.

Nach einer Abſchrift in L. R. v. Werner's geſammelten Nachrichten Bd. I, p. 70.

XXVI. Markgraf Ludwig d. R. verſchreibt dem Betkin von der Oſt das Angefälle der Beſitzungen der von Kremtzow, am 11. November 1350.

Nouerint etc. quod nos Ludowicus etc. intuitis meritis et fideliis obſequiis, nobis per ſtrenuum militem Bethkinum de Oſth, fidelem noſtrum dilectum, exhibitis et adhuc fideliter exhibendis, eidem et ſuis heredibus contulimus et preſentibus conferimus deuolucionem omnium bonorum Henningi et ludekini, nec non aliorum dictorum de Cremmetzow, reſidencium in Hermenſtorp, camenatam et curiam ibidem ſitas, mericam et ligna predictis de Cremtzow pertinencia; ſic quod memorati Bethkinus et ſui heredes premiſſa bona, ſi ipſos de Cremtzow obire contingeret heredibus non relictis, debebunt in antea perpetuis temporibus pacifice poſſidere. Dantes eiſdem de Oſt ſtagnum dictum wuſſow, quod pertinet ad dictos de Cremtzow, prope dictam villam ſitum, juſto perpetuitatis titulo poſſidendum. In cuius etc. Teſtes Lindow, Buch, Haſſo ſenior de Wedel, Jo. de Wedel. Datum Bernow, in die Sancti Martini.

Aus Hackwitz'ſcher Abſchrift.

XXVII. Markgraf Ludwig d. R. vereignet den Auguſtinern zu Friedeberg mehrere Beſitzungen, am 17. November 1350.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. Cupientes fore participes bonorum operum, que per religioſos heremitas fratres ordinis ſancti Auguſtini in Fredeberg, caminenſis dioceſios, deo ſedulo exhibentur, eisdem fratribus preſentibus et futuris damus et ſolempni donacione dona-

mus per presentes duos mansos, in villa mansfelde sitos, quondam ad Rupertum Blomeken pertinentes, et unum mansum in villa Bercholt, quem olim habuit et possedit (hier ist wohl im Copialbuche eine Zeile ausgelassen): qui videlicet Rupertus et Block pie donacionis affectu moti, quem ad fratres predictos habuerunt dictos mansos coram nobis per resignacionem solempnem pro se et suis heredibus memoratis fratribus et ipsorum conventui dimiserunt, nobis intime supplicantes, ut eandem resignacionem ratificare, approbare et confirmare nostris literis dignaremur. Nos vero justis eorum votis annuentes sepe dictos mansos cum omni jure, precaria et servicio quocunque justo proprietatis titulo damus, ut premittitur, fratribus suprascriptis habendos, possidendos pacifice temporum curriculis sempiternis, nichil juris, actionis vel impeticionis, quibus solempniter renunciamus, in eisdem nobis et nostris heredibus vel successoribus penitus reservantes. In cujus etc. Testes Swartzburgh, de Lindow, Buch, Hasso senior de Wedel cum ceteris. Anno MCCCL, feria quarta ante diem elizabeth.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives fol. 148.

XXVIII. Die Markgrafen Ludwig der Aeltere und der Römer legen der Stadt Tankow die Hütungs- und Holzungsgerechtigkeit in der Heide bei, am 27. November 1350.

Wy Ludowig vnd Ludowig etc. Bokennen, dath wy den bescheiden mannen, den Rathluden vnd den gemeynen borgern vnses stedekyns Tanko sulke gnad dan hebben vnd don mit dissem briefle, dath ze ere see vp vnse heyde driuen mogen, wen ze willen, ane in der lamtyth, dar eth en vnse heyderider vorbiden, dath is tusschen wolburgen dage vnd Jacobs dage; vnd scholen legerholt dar vp halen, alzo vele als ze doruen to der nothdorfft, alzo eth vp andern heyden recht is, vnd ock stande holt alzo vele, alze sie des bederuen to eren brugghen. Ock mach eyn yslich borger dar sulues in der heyden eyn suder grases halen an dem Sondage, wen he wil, vnd dar schal ze nemanth an erren edder hindern ewichliken. In cuius etc. Testes Hasso senior de Wedel, Hasso de Vchtenhagen, Ost, Loterpeck, milites, Johannes de Wedel et Morner cum ceteris. Datum Soldin, Anno M° CCC° L°, Sabbato post katherine.

Aus einem Diplomatarium der Steinwehr'schen Bibliothek in Breslau.

XXIX. Markgraf Ludwig der Aeltere verleiht Tankow, wie Henning von Wenden es besessen, dem Betheke von der Ost, am 14. Dezember 1351.

Wir Ludewich etc. Bokennen vor vns, vnsen erben vnd hochgebarn forsten Ludewich den Romer vnd Otten, Margrafen zu Brandemborg, vnsen lieben Brudern, myth dissen

Briffe, das wir lange zeith globet haben den veſten ritter Betheke von der oſth, das wir em ſolten vnd wolten vorliehn Tankow, huſs vnd ſtadt, vnd de jerlyke plege mit dem zinſe, meth waſſern, mit allen iren rechten vnd nutzen, holtzen, heyden vnd weſen vn allen ſeen, molen vnd molenſtadt vnd boſundern ſtucken, wie die gnanth zin deyſe rechte, dar ſie horen, alſs die Henninck van wenden van vns zu lehen hath beſeſſen vnd alſs wir ſie beſitzen vnd gehath haben. Nu habe wy angeſen de getruwen denſte, die vns die vorgnant Beteke mith ſteden truwen getan hath vnd noch vnſs, vnſen brodern vnd vnſen erben ton magh vnd ſol, vnd haben em vnd zinen rechten erben das vorgnant huſs vnd Stadt Tankow mit allen vorſcreuen ſtucken . . . . . von vns vorbatz ewichlich vnd fredelich boſitten, in aller wiſe, als vorſcreuen ſteyth. Dar ober zu gezugnitz gebe wir em diſſen breff. Teſtes huius ſunt nobiles viri comes Vlricus de Lindow, de Buch, Lochen, Saczenhouer, Redern, Huſener, Bredow, Vriberg, Rochow, milites, cum ceteris. Datum Berlin, Anno Milleſimo CCC° LI°, feria quarta ante feſtum beati Thome apoſtoli.

Aus einer Hackwitz'ſchen Abſchrift und aus dem Diplomatarium der Steinwehr'ſchen Bibliothek in Breslau, an beiden Orten mit der angezeigten Auslaſſung.

XXX. Markgraf Ludwig der Römer verleiht das Heidereiter-Amt in der Tankow'ſchen Heide dem Henz Opiſer und deſſen Vetter Cunz, am 29. Februar 1352.

Wir Ludewig die Römer etc. bokennen offenbar, das wir dem beſcheyden Manne Honitzen Opiſer vnd Cuntzen, zinen vetter, vnd iren erben gelegen haben vnd lien das ambacht vnſer Heyde zu Tankow met alle den rechten, nutzen vnnde friheiten vnd fruchten, die zu dem ambachte von alders weghen gehorth haben vnd noch gehoren zu rechte, ſo daſz ſie der heyden huten vnd die bowaren ſcholen, alle de wyle zie gute getruwe heyter zin, vnd vns vnd vnſern erben alle jahr vnſen rechten gulde aff ſchicken zu wonlichen zitten. Midt orkundt Datum Soldin, Anno MCCCLII°, feria quarta ante reminiſcere.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 249.

XXXI. Markgraf Ludwig d. R. überträgt Tankow, Haus und Stadt, die Landsberger Heide und andere Heiden dem Bürger Lange Brunow Goldſchmidt zu Frankfurt zur Obhut, vor dem 2. April 1352.

Wir Ludewig die Römer etc. bekennen, das wir durch beſundere denſtes wille vnd truwe, de vns der erſzam man Lange Brune Goltſmet, Borger tu Vrankenfort, vnſer lieber

getruwer, getan hath vnd vorbaſz tun ſol, yme laſſen vnd entpholhen haben vnnd befelden ouch met diſſen Briue vnſe ſtadt vnd ock das huſz zu Tankow, darzu vnſere heyde, die Landiſberger heyde geheytzen vnd gnant is, vnd alle andere heyden, die zu dem vorgnanten hus vnd ſtadt gehoren, alſo daſz er die vorgnante hus vnd ſtadt vnd ock die heyde, als obbeſchreben ſteyt, van vnſer wegen inne haben ſol vnd vns der pflegen, halten vnd hegen ſoll met allen iren rechten, nutzen vnd zugehorungen, de dor ab komen mogen oder darzu von alder gehoren, vnd ouch ander hegemeiſter von der vorgnanten heyde wegen darab ingeuen haben, vnd ſol vns domit getruwelychen zu vnſern framen wartend ſin, als er beſth kan. Darvm wollen vnd gebieten wir allen vnſern amptluden vnd allen andern, das ſie em von vnſer wegen darzu beholffen zin vnd in hiran nicht hindern, noch irren in keynerley. In cujus etc. Lochen, ridder, Brederlow, Trutenberch, M. Kokeritz, Loterpeck cum ceteris. Datum Spandow, Anno MCCCLII, feria ante dominicam Domine ne longe.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 249.

XXXII. Markgraf Ludwig d. R. belehnt Andreas und Johann Hulperick mit der erkauften Hälfte des Schulzengerichtes zu Woldenberg, am 25. April 1352.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. prudentibus viris andree et johanni Hulperick et filio ſuo iohanni et eorum heredibus contulimus et conferimus medietatem iudicii et prefecture in Woldenberg cum omnibus juribus, proventibus, redditibus, honoribus, commodis et pertinenciis univerſis ad ipſam ſpectantibus, quam emerunt a diſcreto viro petzkone ſchulten, a nobis juſto pheodi titulo tenendam, habendam et pacifice poſſidendam eo modo, forma et jure, ſicut idem petzke medietatem predicti iudicii habuit, tenuit et poſſedit. In cujus etc. preſentibus ambobus Schwartzburgh, Jo. Kothbuſz, Oſt, Haſſone de Valkenburg, Ottone Morner. Datum Fredeberg, Anno 1352, die beati Marci evangeliſte.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 12. 101.

XXXIII. Markgraf Ludwig d. R. vergleicht ſich mit Betheke von der Oſt wegen der Vogtei über Zantoch, Hochzeit und Tankow und verpfändet ihm die Tankower Heide, am 17. Juni 1353.

Wir Ludewig der Romer etc. bekennen, dat wie met den veſten manne Betheke von der Oſt, ritter, vm die voygdie, die hie von vns inne hath, hebben gededinget, dath wie

em fur ſie hebben geſath vnd ſetten met diſſen breue vor alle dat, dat he vns redlyken reken mach, dat he vp ſie gewant vnd gewen heſſt, vnſe heyde to Tankow meth dem heyde hauer, de dartu horeth, vnd wat von der Heyde vellet vnd bede van den dorpern Braunsvelde vnd Buſzow alzo lange, went he edder zine eruen die ſculde, de he vns redelyken erkent, em botalet to affſlage vnd vorgulden wert, ſo ſchal de heyde vnd bede weder vnſe zin vor hunderth marck ſuluers teyne. Worde ſiner ſculde Mer, wan he vindet in der Heyde vnd Bede; ſo ſchole wy em mer darvor laten in vnſe lande to landeſperg vnd tu Vredeberg jo vor hundert punt teyne vnd vor hunderth marck teyne, alzo lange, wenth en er geld vorgulden werth. Vm ſcaden des ſchal he to vnſe gnade gan. Wir ſcholen ock ſinen ſon Dobergoſth loſzen von ſynen werde, de Miſzel tu minichen, tuſchen hir vnd ſant martins dach, de negeſt kumpt. Do wir des nicht, ſo ſchole wy em vnd zinen erben laten in vnſen landen vp diſzit der odir XL marck vnd ſulbers geldes, de hie vnd ſie ſcholen vpborn alzo lange, wenth wy ſynen ſone lozen, iſſet IIIIc. marck mer oder myn, jo vor hundert mark teyne vnd dat ſchal ſyn met des Vogedes wille, den wie vp diſſiet der Odir zetten. Vm Szantoch ſchole wie den vorgnanten Betheke vnd zinen eruen de dedinge holden, de letzt van Swartzburg, von Kothbuſz vnd Morner to Landiſperg gededinget hebben. Vm die hochtyt ſchol id alſo ſtan, dat wie doran boholden, wat wy to rechte daran hebben. Vm Tankow de ſtath vnd wath dortu horth, ſcholen wie dem vorgnanten Betheken vnd ſynen eruen gunnen, wath rechtes ſie daran hebben. In cujus etc. preſentes Haſſo de Vchtenhagen, Haſſo de Valkenburg, G. Henricus de Wedel antiquus, Loterpeck, Trutenberg, Henricus Poltzin, Rule Levendal cum ceteris. Datum Nova Berlin, Anno MCCCLIII, feria II ante feſtum beati Johannis Baptiſte.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 250 und dem Steinwehr'ſchen Diplomatarium in Breslau.

XXXIV. Markgraf Ludwig d. R. überläßt der Stadt Tankow alle ſeine Gewäſſer in der Umgegend, am 19. Juni 1353.

Ludwig der Römer etc. Bekennen, dat wir vnſern lieben trewenn Rathmannen vnd den meynen Borgern to Tankow, die nu ſint vnd nakamen, befolen hebben vnd boſeln met diſsen Briefe alle vnſere Water, die tu Tankow horn, dat es de Tankowſche ſze vnd de heide Water, zo dat ſie darover ſcholn Vnſe garnemeyſter weſen ewiglichen in der Wiſse, alzo hirnaſchreven ſtath: ſie ſcholen vns vth dem Tankowſsee to allen tiden den drudden fiſch geven vam touwe vnd van dem heydewatern den halven tal fiſch vnd ok eynen Keſſerfiſch van iſlichen toghe, vn uff dat wie en die water gunnen vor allen luden, ſcholn ſie vns alle jar geven vp ſant Walpurgis dach auch I marck Water tynſs, gelick erer rechten plege. Datum nova Landsbergh, Anno LIII, feria quarta ante Johannis.

Aus dem Diplomatarium der Steinwehr'ſchen Bibliothek in Breslau und aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Geh. Staatsarchives f. 3.

XXXV. Markgraf Ludwig d. R. verschreibt dem Betkin von der Oft Bedehebungen zu Beyersdorf und Lohrensdorf, am 21. Juni 1353.

Wir Ludewig der Römer etc. bekennen, dat wie den duchtighen ritter Betkino von der Oſth, vnſern lieben getruwen, vnd zinen eruen geleghen hebben vnd lien met diſſen breue XII ſtucke geldes in der Bede to Beyerſtorp ierlicher gulde, to hebben vnd to bozitten met freden vnd met gemache. Were ouch, das em dar brock an worde, zo ſcholen zie dat ouerge hebben in der Bede to Laurentzdorp. Dath hebbe wy dar vm gedan, dat wy mer houen hebben in dem dorpe to Goſſow, wen XLI houen, de gegeuen worden vor III hundert marck vnd ouch dat vnſe werth to franken Nickel Munck LV phunt von der Goſſow vp geborth heſſt, der wir ledich ſcholen zin. In cujus etc. preſentibus Oſt, Otto de Sleven, Poltzin, Levendahl cum ceteris. Datum nova Berlin, Anno MCCCLIII, feria ſexta ante Johannis Baptiſte.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 328.

XXXVI. Markgraf Ludwig der Römer überläßt Bürgern zu Friedeberg die Bede in Buſſow, am 30. Juni 1353.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. dimiſimus et libere dimittimus per preſentes diſcretis viris Henningo Kemyn et Wilkino Gluzzer, civibus in Fredeberg, fidelibus noſtris dilectis, ſuisque veris et legitimis heredibus, precariam ville Butzſow habendam, tenendam omni quoque modo et forma, quibus nos ſtrenuo viro Betkino de Oſth precariam dimiſimus ſupradictam, ſecundum continenciam literarum a nobis deſuper indultarum, tam diu pacifice percipiendam, donec inde C marcas denariorum levium integraliter perceperint. In cujus etc. Preſentes Haſſo de Valkenburg, Haſſo de Vchtenhagen, Bredow, Kokeritz, Otto de Sliven, Trutenberg, Loterpeck cum ceteris. Datum nova Landespergh, Anno MCCCLIII. in craſtino Petri et Pauli apoſtolorum.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 329.

XXXVII. Markgraf Ludwig d. R. überläßt der Stadt Woldenberg einen See, am 25. Auguſt 1354.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus Romanus etc. dedimus, damus juſto quoque proprietatis titulo donavimus viris prudentibus et diſcretis conſulibus civitatis noſtre Woldenbergh, qui nunc ſunt vel pro tempore fuerint, fidelitatis ipſorum conſideracione ſtagnum Wotzick prope villam Hermenſtorp ſituatum, habendum, tenendum, juſto quoque proprietatis titulo perpetuis in antea temporibus pacifice poſſidendum, renunciantes quoque predicti ſtagni proprietati, omni juri, actioni et inpeticioni, quod vel que nobis ac noſtris heredibus et ſucceſſoribus noſtris in eo competebant ſeu competere quolibet poterint in futuro. In cujus etc. preſentibus H. Epiſcopo Lubucenſi, Werberg, Haſſone de Valkenburg, Henningo ſeniore et Ludowico de Wedel, Grifkone, Oſt, Kokeritz, de Sliven, Wanthsleven cum ceteris. Datum Soldin, Anno MCCCLIV, in craſtino bartolomei apoſtoli.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 104.

XXXVIII. Markgraf Ludwig d. R. vereignet Hebungen aus dem Hufenzinſe der Stadt Tankow dem Peter- und Pauls-Altare der Pfarrkirche zu Soldin, am 21. Februar 1355.

Ad perpetuam rei memoriam etc. Noverint, quod nos Ludovicus Romanus etc. noſtro et illuſtris principis fratris noſtri kariſſimi Ottonis, Marchionis Brandenburgenſis, nomine, divine remuneracionis intuitu, ad honorem et reverenciam omnipotentis dei, glorioſe genitricis ſue virginis marie et omnium ſanctorum, nec non ob jugem et perhennem magnificorum principum Marchionum Brandenburgenſium, predeceſſorum noſtrorum piam recordacionem, in noſtre, heredum, ſucceſſorum noſtrorum animarum memoriam ſempiternam dedimus et donavimus, damus et donamus proprietatem IIII fruſtorum annuorum reddituum cum VII ſolidis denariorum brandenburgenſium, ſitorum in cenſu manſorum opidi noſtri Tanckow, quem cenſum Rouer et Schiltberg pro nunc in pheudum a nobis tenent et poſſident, ad altaris in eccleſia collegiata beatorum petri et pauli civitatis noſtre Soldinenſis capellanum noſtrum dilectum et hinricum Heydebuſch et heredes ſuos ac Ludovicum de Goltſow, presbiterum, et Danielem, ejus fratrem, pertinere debent, quibus ſublatis de medio ad capellam dicte eccleſie Soldinenſis idem jus patronatus ſine contradiccione qualibet ubique devolvetur pertinendum, perpetue et pacifice ſine impedimento quolibet poſſidendam omni jure, modo, forma et condicione et cum omni validitate, quibus ad nos ipſa fruſta hactenus pertinebat. Renunctiantes pro nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris omni juri et actioni, inpeticioni, quod vel que nobis quoad dictam donacionem competit aut competere poſſit. In cujus etc. preſentibus Haſſone, curie magiſtro, Haſſone de Vchtenhaghen,

Ottone Mornero, magiſtro coquine trans oderam, Haſſone de Wedel de Valkenburg, Thiderico Mornero. Datum Soldin, Anno MCCCLV, feria tertia ante jnvocavit.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 120 und dem Steinwehr'ſchen Diplomatarium der Breslauer Univerſitäts-Bibliothek.

XXXIX. Markgraf Ludwig d. R. vereignet der Stadt Woldenberg einen von Betkin von der Oſt erkauften Wald, am 18. Juni 1355.

beyden graben, die an beyden seyten dem Stetichen liegen, drey wiesen, wie sie die von alters In gebrauch gehapt, zwir an der Carbeschen wiesen liegende, die dritte an der Polnischen seyten nach Fleen warts; Auch das sie nach alder gerechtigkeit yn den Driesenischen heyden frey eycheln lesen mogen, ane alle zusprach vnd vorhyndernus vnser herschafft. Auch ist vnd sol eyn Jeder, der zu Driesen durchreyset, Inen dem Rath verpflichtet zu Zollen von dem pferde eynen pfennigk, alle die Jenen, die vns darselbst vertzollen. Fur solche gerechtigkeyt seynd gedachte Burgermeister, Rathmanne vnd gantze gemeyne zu Driesen vns vnd vnser herschafft erben vnd nachkommen schuldig vnd verpflicht, die Temme vnd Brugken vor dem Stetichen zuhalten, ferner vns, wie nachsteht, zu dienen: des Jares eynen tagk hewgras zu megende, Dafur hortt Inen semptlich eyne thunne bier, eyne thunne Couent, eyn Hammel vnd eyn zymliche mittelmesige seyten speck. Sie seyn vns auch pflichtig, eyn fuder hew des Jares zu Schlos zufuren vnd alle quatember eyn fuder küchen holtz; dartzu des Jars an der byndinge zwey fuder klapholtz zufuren. Darfur gehordt Inen eyn thunne bier vnd eyne Mahltzeyt. Auch gehordt Inen der hopp, der dar wachset yn dem Bruche, das da liegt von dem tham bis an die burger wiesen, vnd das sie In vnsern Zollen gleich andern vnsern Newmergkischen Steten vnd nicht anders des zols befreyet sollen seyn. So Inen aber solche priuilegien, freyheiten, Confirmation, brieff vnd siegel etwan durch brandschaden vergangen vnd Inen die abhendig worden, Seyn wir durch meher gedachte Burgermeister, Rathmanne vnd gantze gemeyne vnsers Stettichen Driesen mit demutiger, hoher vnd fleysiger bytt angeruffen, Inen solch Ir priuilegien, freyheiten vnd bestetungen obbestimpter Artickeln auch gnediglich zu priuilegiren, zu Befreyen vnd zu confirmiren. Des haben wir angesehen yr zymliche bytt, auch Altherkommen vnd gebrauch vnd Inen solch Ir freyheiten vnd ertzelte Artickel alles Ires ynnhalts auffs Newe als der Landesfurst priuilegirt, befreyet vnd confirmirt vnd thun das Jegenwertiglich Inn Crafft vnd macht dits briefs, Wollen auch, das sie vnd Ire nachkommen dabey zu ewigen zeyten geruglich vnd vnverhyndert bleyben vnd die freyheit gebrauchen, Doch das sie vns vnd vnser herschafft solchs, wie obstehet, widervmb thun, pflegen vnd dienen sollen, alles getrewlich vnd gentzlich ane geferde. Zu vrkund mit vnserm anhangenden Ingesiegel gesiegelt vnd geben zu Cöln an der Sprew, am Sontage Judica, nach Cristi vnsers lieben herrn geburdt Tausend Funffhundert vnd Im Sechsvndtzwantigisten Jare.

Vnd vns darauff demuttiglich gebethen haben, Inen solchen brieff als der Landesfurst zubestetigen vnd zuconfirmiren. Des haben wir angesehen Ir zymliche bytt vnd Inen denselbigen brieff In allen seynen Clausulen, puncten vnd Artickeln Confirmirt, besestigt vnd bestetiget vnd thun das Inn Crafft dits vnsers briefs. Wollen auch, das sie vns vnd vnser herschafft widervmb auch solchs, wie Im brieff verleybt ist, thun, pflegen vnd dienen sollen, getrewlich vnd ane geferde. Auch haben wir zu deme gedachten Burgermeyster, Rathmanne vnd gantze gemeyne vnser Stad Driesen auff Ir vnderthenig fleysige bytt vnd damit sie dester bas zu gedey vnd narunge kommen mogen, aller vnd Iglicher vnserer Zcolle In vnserm Furstenthumb der Newenmargk von wagen, pferden vnd der whare Inen selbst vnd nicht andern zustendig, Auch das sie hinfurder auff die Jagten die Netzen zufuren sollen verschond werden Priuilegiret vnd befreyet. Aber widervmb vnd dakegen Sollen vnd wollen sie vns vnd vnser herschafft erben vnd nachkommen alle Jar Jerlich Siebenvndtwantzig gulden Reinisch Landesz werunge an muntz auff Marthini geben vnd entrichten, auch vns zu Jeder Zeyt, wann wir eygener person zu Driesen Jagten furnhemen werden, vnsern Camerwagen mit Iren pferden furen vnd auch das Wiltpradt mit Iren pferden vnd wagen von eyner stet zur andern, wie andere vnsere Stete, furen vnd brengen. Vnd wir priuilegiren vnd be-

freyen gemelten Burgermeyſter, Rathmanne vnd gantze gemeyne vnſer Stad Drieſen, wie obſtet, gegenwertiglich In Crafft vnd macht dits brieffs vnd wollen, das ſie dabey menniglichs vnverhyndert bleyben, Idoch das ſie vns widervmb auch dakegen, wie berurt iſt, geben vnd thun ſollen getrewlich vnd ane alles geferde. Zu Vrkund mit vnſerm anhangenden Ingeſiegel beſiegelt vnd geben auff vnſerm Schloſs zu Cuſtryn, an der Mitwoch nach dem Sontage Letare, Criſti vnſers lieben Herrn geburd Tauſent Funffhundert vnd darnach Im Newnvnddreyſsigſten Jare.

Commiſſio propria
Illuſtriſſimi principis etc.

Frantz Nawman,
Cancellarius, ſcripſit.

Nach dem Originale im Beſitze der Stadt.

CXXII. Markgraf Johann nimmt Hans von Bornſtedt in ſeinen Dienſt, legt ihm eine Beſoldung bei und überweiſt ihm das Kloſter zu Friedeberg, am 3. Januar 1552.

Von Gottes gnaden Wir Johans, Marggraff zu Brandenburgk etc., Bekennen vndt thun kundt etc., Nachdehm vndt alſs wir vnſerm lieben getreüwen Hanſen von Bornſtedten verſchiner Zeit ein gnaden verſchreibung vber etliche Hundert gulden auf der Feltmarckt oder guth, Geilenfelde genanth, vnd lautende nach Meldunge derſelbigen Zugeſtelt vndt vbergeben haben, Darvber vndt mehrere gnaden haben wir Ihme bewilliget, dieſelbe Feltmarck die Zeit ſeines lebens nicht abzulöhſen, ſondern Ihm dieſelbe, Inmaſsen ſie Ihm verſchriben Vndt Er ſie darauff gehabt vnndt gebraucht, nochmalſs Innenhaben vndt gebrauchen ſoll. Was Er aber dagegen Zu ſeiner notturfft bawen wurde, das ſollen wir Ihm Zu erſtatten nicht ſchuldigk ſein. Vnndt dieweill wir vns dan hieruber weiter mit Ihme vergleichen, das Er ſich vns von Hauſs aus zu dienen verpflicht vndt Zugeſagt, Derwegen wir Ihme fernner Jährlich Dreiſsigk gulden Müntz Landtleuffiger wehrung, desgleichen auch auf in vndt einen Knecht gewönliche Hoffkleidunge, wie wir die andern vnſern Hofdienern vndt ſo vns von Hauſs aus dienen, reichen vndt vberandtworten zu loſsen gnediglichen gewilliget, Auch ſo oft wir in erfordern, lieferung, Futtermehll vndt gebreüchligen ſchaden ſtande verreichen laſsen wollen. Weiter haben wir Ihme noch aus beſondern gnaden gnediglich vergönt vndt nachgegeben, Do er willens in vnſer Stadt Friedebergk Zu wohnen, Ihme in vnſerm Cloſter daſelbſt ſeine notturfft nach eine wohnung Zu erbauen etc. Das wir Ihme auch hiemit dergeſtalt eingerümbt, Zugeſtalt vnndt auf Zeit ſeines lebens, ſeiner leibes früchte vndt ſeiner Hauſsfrawen leben aller vndt Iglicher vnpflichte frey vber gegeben haben wollen, Soll ſich auch neben andern einwohnern der Stadt Friedebergk der Triſten, Hüetungen, auch Holzungen Zu ſeiner notturft, Inmaſsen es andern einwohnern vndt gemeinden vergunt, Zugebrauchen macht haben. Wurde Er aber daruber mehr Burger guter an ſich bringen, dauon ſoll Er thun vnd Pflegen, Inmaſsen vorige beſitzer ſolches gethan, ohn einige geferde. Im Fall aber wir Ihme oder Er vns den dienſt von Hauſs aus aufkundigen wurden, So ſoll alſsden die Jehrliche beſoldung der Dreiſsigk gulden vndt die Hofkleidung auch abgethan vnd wieder an vns gefallen ſein, Weliche Zeit ſeines

dienstes Itzo auf Ostern des Zwey vndt funfzigsten Jahrs angehet Vndt Ihme alss fur die erste frist sein Besoldung vndt also fort vnd forth bis, wie obstehet, soll erleget werden.

Das alles, wie obstehet, geloben wir gedachten Bornstedten getreülich, Furstlich vndt woll Zuhalten, ohn gefehrde. Zu vhrkundt mit vnserm hirunden anhangenden Insiegell verfertiget. Geben vndt geschehen Zu Custrin, Sontages nach Circumcisionis Domini christi vnsers lieben Herrn vndt Heylandes gebuhrdt Im Tausent Funfhundert vndt Zwey vndt funfzigsten Jahre.

Aus einer alten Copie.

CXXIII. Markgraf Johann ertheilt der Stadt Friedeberg über ihre Jahr- und Wochenmärkte ein Privilegium, am 30. Juni 1562.

Von gotts gnaden Wir Johans, Marggraff zu Brandenburgk — Nachdem Vns vnsere liebe getrewen Burgermeister vnd Rathmanne vnserer Stadt Friedebergk vndertheniglich angelangt vnnd ersucht, Wir geruhetten aus besondern gnaden Ihnen — daselbst zu Friedebergk ein gemeinen offentlichen freyhen Jahr vnnd Viehemarkt von Landtsfurstlicher obrigkeit wegenn vergonnen zu halten — Das wir demnach — Ihnen auf den Sontagk nach vincula Petri einen freyhenn offentlichenn Jahr vnnd Viehemarckt, Dartzu die gantze Faste vber auf alle vnd jede Sonnabende einen gemeinen Wochen Markt zu halten gnediglich gewilliget, vorgonnet vnnd zugelassen —. Geschehen vnd gegeben zu Custrin, Dinstags nach Petri vnnd Pauli, Anno Tausent funfhundert vnd jm zwei vnd sechtzigisten.

Ex commissione propria Illustrissimi Principis
Hieronymus Birckholtz, D. Cancellarius, subscripsit.

Nach dem Originale im Besitz der Stadt.

Anm. Im Jahre 1610, am 11. April, gestattete Kurfürst Johann Siegmund der Stadt Friedeberg, einen freien Vieh- und Pferdemarkt jährlich am Mittwoch vor Septuagesimä zu halten, und gab ihnen zur Erstattung der Kosten, welche die Stadt von der Errichtung dieses Marktes haben würde, das Recht, auf drei Jahre die davon aufkommenden Zolleinkünfte einzunehmen. Nach dieser Zeit sollten diese Zolleinkünfte der kurfürstlichen „Cammer nach Custrin zustehen". Original im städtischen Gewahrsam.

CXXIV. Schützenprivilegium für die Stadt Friedeberg, vom 22. September 1586.

Wier Johanns George, von Gottes gnaden Marggraff zu Brandenbürgk, des Heyligen Römischen Reichs Ertzcammerer vnd Churfurst, in Preussen, zu Stettin etc., Bekennen — Dass wir vnnsern lieben getreuen der Burgerschaft vnd einwohnern vnnserer Stadt Friedebergk auf

ihr beſchehenes vnderthenigſt anſuchen zu ſonderer Vbunge vnd ihen zum beſten das Vogellſchieſſen mit dem Staall oder Armbruſt ihnen gnedigſt vergüntt vnd zugelaſſen vnd ſie damit der geſtaltt priuilegieret vnd befreyhet haben, Nemblich alſo, Welcher vnter ihnen den König Vogell iedes Jahrs mit dem Staall oder Armbruſt erobert vnd abſcheuſt, das derſelbe vier gebrew Bier der alten Zieſe frey brawen vnd des Schoßes auf daſſelbe Jahr von allen ſeinen guthern auch befreyhet ſein ſolle. Die befreyhunge aber des ſchoſſes ſoll an dem Vberſchoſs abgerechnet werden. Do auch ein Burger, der kein Brawer, den Konigvogell abſchieſsen wurde, derſelbe ſoll gleichergeſtalt ſeiner Schöſſe befreyhet ſein vnd die befreyhunge der alten Bier Zieſe einem Brawer zu uerkaufen macht haben. — Zu Urkundt mit vnnſerm hierunten anhangenden Secret, deſſen ſich vnſere Regierung zu Cuſtrin gebrauchet, beſiegelt vnnd gegeben zu Cuſtrin, den zweivndzwenzigſten Monatstag Septembris, Nach criſti etc. geburt 1586.

Nach dem Originale im Beſitze der Stadt.

VI.

Neu-Landsberg, Himmelstädt und Zantoch.

I. Markgraf Johann stiftet die Stadt Neu-Landsberg, am 2. Juli 1257.

In nomine sancte et individue trinitatis. Johannes, Dei gracia Brandenburgensis Marchio, omnibus in perpetuum. Humane actiones facillime a memoria laberentur, si non scripturarum testimonio firmarentur, Nam fidele testimonium habet scriptura, que intereuntibus hominibus ea, que sibi commendantur, non sinit aliquatenus interire. Proinde notum esse volumus tam presentibus quam futuris Christi fidelibus universis, quod nos fideli nostro Alberto, dicto de Luge, civitatem nostram Landisberch Novam liberam construendi in hunc modum contulimus facultatem, videlicet, quod pars tertia totius census, tam de areis quam de mansis, sit ipsius, sicut et tertius in civitate denarius per judicium acquisitus. Huic etenim civitati nostre adjecimus CIV mansos ad agriculturam et L in pascuis deputatos, ita, ut de quolibet manso colendo dimidius Ferto Brandeburgensis monete in pensione annua nobis detur, ejusdem civitatis libertate, quam a festo Martini nunc futuro proxime ad decem annos durare volumus, integraliter exspirante. Expletis ergo predictis decem annis jus Brandenburgense habebunt homines civitatis predicte et ipsorum libertate durante prorsus theloneum nullum dabunt, qua completa terminis Burgensium de Brandenborch in dando ex tunc theloneo et gratia contenti erunt. Item piscatio in aqua Neze sursum ad dimidium et deorsum ad integrum milliare omnibus piscari volentibus erit communis. Insuper quicquid de edificiis in ejusdem civitatis foro construendis durante libertate provenerit, in usus civitatis libere totum cedet et eadem expleta nos de qualibet statione duos percipiemus denarios et Schultetus unum. Reliqua vero in usus civitatis redigentur. Similiter in molendinis in aqua Cladowe infra civitatis terminos et agrorum construendis Schultetus partem tertiam obtinebit. Tandem quoque civitatem infra hinc et festum Martini firmabimus plancis et seris et postea plancis decentioribus atque fossis. Preterea extra civitatis terminos memorate contulimus Schulteto memorato LXIV mansos titulo pheodali, in quibus, si molendina construi poterunt et fundari, liberam construendi habebit facultatem, quorum et fructus omnes percipiet sine nobis. Vt autem predicta omnia a nostris heredibus observentur firmiter in futurum, presentem paginam conscribi jussimus et sigilli nostri munimine roborari, adhibitis testibus idoneis, quorum nomina hec sunt Henricus, Pincerna de Zpan-

dowe, Henricus de Snetlinge, Henricus de Werbene, Henricus de Thenis, milites, et ceteri quam plures fide digni. Datum per manus Heidenrici, Capellani, Anno Domini MCCLVII, in die Sanctorum Proceſſi et Martiniani.

Aus früheren Abdrücken nach der Süßmilch'ſchen Sammlung in Buchholtz Geſch. IV, Anh. S. 91 u. nach dem Original in Beckmann's Beſchr. von Frankfurt S. 29. In dem letztern, ſonſt vollſtändigern Abdrucke iſt ſtatt Neze : Jerze und ſtatt Cladowe : Clodowe geleſen.

II. Markgraf Johann legt der Stadt Neu-Landsberg das Recht bei, eine Niederlage zu errichten, im Jahre 1257.

Nos Johannes, dei gratia Brandenburgenſis Marchio, recognoſcimus et literis preſentibus publice proteſtamur, quod commodo et utilitati dilectorum Burgenſium noſtrorum de Landesbergk, modis quibus poſſumus, intendentes, depoſitionem mercium, que in vulgari Niederlage appellatur, ipſis et apud civitatem predictam fieri permittimus et cum hoc una cum Sculteto civitatis memorate et civitati et hominibus in ea degentibus viderimus expedire, dantes ipſis in teſtimonium, ut hoc fiat, preſentes noſtras literas ſigilli noſtri munimine roboratas. Actum Stolp, anno domini Milleſimo CC°. LVII°., preſentibus Henrico, pincerna de Spandow, Henrico de Snetlinge, Henrico de Werbene et Henrico de Thenis et Henrico, curie noſtre Capellano.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. I. Gercken's Cod. V, 169. Fragm. I, 16 mit der falſchen Jahreszahl 1256.

III. Markgraf Albrecht beſtätigt dem Kloſter Sameritzkow die in einer Mühle bei Neu-Landsberg erworbenen Pächte, am 21. Dezember 1299.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. Ad memoriam preſentium et rectam notitiam futurorum nos Albertus, dei gratia Marchio Brandenburgenſis, recognoſcimus publice proteſtantes, quod reuerendus pater Dominus Conradus, abbas eccleſie ſancte Marie virginis in noua Doberou, que vulgariter Sameritzkou appellatur, cum noſtra voluntate et conſenſu molendinum apud nouam Landesbergk civitatem noſtram, Vogelſangk dictum, cum nouem modiis et dimidio ſiliginis a Johanne, de Rauenſtein dicto, et II choros ſiliginis a Zabello de Falkenberge et octo choros ſiliginis a Wilhelmo, fratre ejus, in eodem molendino ſitos in redditibus annuatim dicte eccleſie ſuis denariis comparauit. Nos quoque attendentes ipſius ordinis ſanctitatem ſperantesque in corpore et anima piis fratrum orationibus adjuuari, proprietatem ejusdem molendini ac octo Chororum cum nouem modiis ac dimidio eidem eccleſie donauimus propter

Deum. Actum et datum in villa Maſsyn, anno domini M°. CC°. LXXXXVIIII°., die beati Thome apoſtoli, preſentibus Magiſtro Johanne de Demyn et Johanne, noſtro Notario, teſtibus quoque Wernero Splinter, Albino de Brunou et Bethekone de Jagou, militibus noſtris, Zabello et Henningo de Maruitz et Vromoldo de Wutſick, vaſallis noſtris, et quam plurimis aliis fide dignis.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. II.

IV. Markgraf Albrecht befreiet den Schulzen zu Neu-Landsberg und ſeine Brüder von Geldabgaben und Dienſtleiſtungen für ihre Lehne, am 12. März 1299.

In nomine Domini Amen. Nos Albertus, dei gratia Marchio Brandenburgenſis, recognoſcimus publice per preſentes, quod Alberto, prefecto noſtro in Landesbergk, Tydekoni, Johanni et Nicolao, ſuis fratribus, atque ipſorum heredibus bona ipſorum . . . . . ſubſcripta, videlicet in quatuor molendinis Ciuitati propinquantibus VI choros et X modios, in cenſu manſorum ciuitatis IV talenta et in cenſu arearum ciuitatis ejusdem . . . . . abſque pecunia et omni ſeruitio dimiſimus poſſidenda. In cujus rei teſtimonium preſentes conſcribi et ſigilli noſtri appenſione juſſimus communiri. Datum Soldyn, anno domini M°. CC°. XCIX°., die beati Gregorii Pape.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. III.

V. Markgraf Albrecht übergiebt dem Abte Ditmar zu Colbatz zahlreiche Güter mit dem Hofe Creversdorf zur Stiftung des Kloſters Himmelſtädt, am 22. Mai 1300.

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis Amen. Quia ſedentis in ſolio majeſtatis in excelſis ſunt delicie in hac valle miſerie etiam cum filiis hominum habitare, ut ſedulis Secretariorum ſuorum precibus exoratus miſericordiam querentibus de pietatis ſue habundantia copioſius largiatur; Nos Albertus, dei gratia Marchio Brandenburgenſis, recognoſcimus et in publicam notitiam deuenire cupimus ſingulorum, quibus preſentes fuerint recitate, quod de bonis noſtris ab ipſo dominantium domino temporaliter nobis datis in terra, noſtra in quantum humana ſinit fragilitas, manſionem ſibi placitam preparare ac cultum ſancti ſui nominis ampliare toto cordis deſiderio cupientes cum conſilio et auxilio reuerendi patris Domini Dytmari, Colbatzenſis eccleſie Abbatis, ad laudem et gloriam ejusdem Dei omnipotentis ejusque matris Marie virginis perpetue ad ſalutem quoque animarum, noſtre videlicet ac progenitorum, filiorum, heredum et ſucceſſorum no-

ſtrorum in reſtaurum dampnorum, ſi qua eccleſia Colbazenſis per Nos vel noſtros progenitores aut filios aut vaſallos noſtros aliquos noſtro nomine ſit perpeſſa, nouelle plantationis fundauimus eccleſiam ordinis Cyſtercienſis, quam appellauimus Locum coeli perpetuam, que ſubſcriptis dotauimus bonis noſtris et ecce donauimus eidem eccleſie Loco coeli villas ſubſcriptas, videlicet Clodowe, curiam Creuerſtorp cum ſuis pertinentiis et diſtinctionibus infra ſcriptis Zanzyn, Heinrikeſtorp, Mertenſtorp, Nyendorp, Razleueſtorp, Hoenwolde, Tornou, Beyerſtorp, Streueniz, Vycz, Pyrene, Genyn et Loppowe; Stagna quoque ſubſcripta, videlicet integrum ſtagnum parvum Carzk, integrum ſtagnum magnum Carzk, item medietatem ſtagni Rokyt, item integrum ſtagnum paruum Stechou, item integrum ſtagnum Lupeniz, item integrum ſtagnum Zuch, item medietatem ſtagni parui Lubbeſe, item medietatem magni Lubbeſe, item medietatem ſtagni Jeſerik, item integrum ſtagnum Greden, item integrum ſtagnum Clodou, item integrum ſtagnum Zanzyn, item integrum ſtagnum Muzeltin, item integrum ſtagnum Parenz, item integrum ſtagnum Colpin, item integrum ſtagnum Pranden. Omnia ſtagna hec et villas cum curia Creueſtorp predicta cum omnibus agris cultis et incultis, nemoribus, ſiluis, venationibus, paludibus, pratis, paſcuis, molendinis jam conſtitutis et proceſſu temporis conſtituendis, aquis et riuis ac piſcationibus ac etiam omnibus libertatibus et immunitatibus, quas predicta Colbazenſis eccleſia in bonis ſuis habere conſueuit, ſcilicet in villis et villanis, aurifodinis, argentifodinis, ferrifodinis, ſalinis ſeu cujuscunque fuerit utilitas eris vel minere cum omnibus uſifructibus ſeu prouentibus, cum jure patronatus eccleſie cujuslibet premiſſarum ac omni jure temporali et ſpirituali majori videlicet et minori. Inſuper etiam ut Schultetus dicti clauſtri Loci coeli fures et malefactores ſecundum ſua puniant demerita. Item ut Schabinos, qui vulgariter Landſchepen dicuntur, pro ipſius eccleſie juribus defendendis in ipſa Abbacia viciſſim vel ſimul inſtituant et ſic inſtitutos perpetualiter habeant et conſeruent. Et qualiter omnia bona predicta et ſubſcripta, ſicut ea a progenitoribus ſeu anteceſſoribus noſtris poſſeduntur, ſine precaria ac omni ſeruitio communi et priuato eidem eccleſie Loco coeli pure donauimus propter Deum juſto libertatis et proprietatis tytulo perpetuo poſſidenda, excepto quod redditus mellis, per Abbatem eccleſie ejusdem annis ſingulis nobis dandos, nobis tantummodo reſeruavimus in eisdem. Adjicentes, quod ciues villarum Vytz, Pyrene et Genyn propriis contenti limitibus, nec pecudibus, nec aliis metas noſtre Merice attingent, nec ligna auferent, niſi ſpecialiter cum noſtra fuerit voluntate. Preterea diſtinctio proprietatis ejusdem noſtre fundationis eccleſie ad curiam Creuerſtorp pertinentis eſt hec. Riuum Clodow a curia Creuerſtorp aſcendendo uſque ad locum, ubi riuus Stechou etc. —. Renunciantes omni juri, quod in bonis ejusdem diſtinctionis et aliis prehabitis habuimus vel habere dignoſcimur, nihil juris in eisdem nobis et noſtris ſucceſſoribus reſeruantes, niſi quod mellis redditus nobis reſeruavimus ad tempora vite noſtre. Vt autem dicta noſtra fundatio et donatio inviolabiliter per nos et noſtros ſucceſſores perpetuo obſeruentur, preſentes inde conſcribi et ſigilli noſtri appenſione juſſimus communiri. Teſtes quoque premiſſorum ſunt hii, Dominus Hermannus, Prepoſitus in Landesberg, Dominus Iohannes, Decanus eccleſie in Soldin, Dominus Bruno de Berlyn, Magiſter Iohannes de Dymin, Dominus Baldeuinus de Bernou, Capellani noſtri, Wernerus et Lippoldus Albi, Reyneko de Wulkou, Wernerus Splint et Albericus de Brunkou, milites, Zabellus et Henningus de Maruiz, Vromoldus de Wutſik, Heyſo de Cloden et Reyneko de Golyn, Curie aduocatus noſter, et quam plures alii fide digni. Actum et Datum Clodow, anno dominice incarnationis milleſimo treſcenteſimo,

indictione XIII., Epacta XXVIII., Concurrente V., XI Kalendarum Junii, per manum Iohannis, tunc Curie noſtre Notarii.

Nach Gercken's Cod. II, 313.

VI. Markgraf Woldemar vereignet Bürgern in Neu-Landsberg zwei Mühlen bei der Stadt, am 16. September 1308.

Nos Woldemarus, dei gratia Brandeburgenſis et Luſatie Marchio tutorque illuſtris principis Marchionis Johannis, ſcire volumus tam preſentibus quam futuris, quod diſcretis viris et prouidis Hinrico de Kuſterin et Gerardo de Berenwolde, ciuibus noſtris in Landsbergk, proprietatem duorum molendinorum, que adjacent ciuitati Landesbergk predicte in vicino et immediate, pro triginta talentis Brandenburgenſis denariorum vendidimus, et a nobis juſto emptionis titulo compararunt. Et predicti videlicet Hinricus et Gerhardus et eorum heredes predicta molendina abſque pecunia perpetuo poſſidebunt. Cum vero illuſtris Marchio Johannes noſter patruus ad annos diſcretionis peruenerit, adjuuabimus et ordinarie tenemur, ut emptionem predictam ratam ſeruabit atque firmam. In cujus rei teſtimonium preſens ſcriptum dedimus noſtri ſigilli munimine roboratum. Teſtes ſunt Dominus Wîpertus de Barby, Dominus Johannes de Marwiz, Dominus Sifridus Winningk, noſtri milites, et alii quam plures teſtimonio fidei decorati. Datum Brunneke, anno domini M°. CCC°. VIII°. feria ſecunda poſt exaltationem ſancte crucis.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. IV.

VII. Markgraf Johann verkauft dem Abte zu Colbatz und den Mönchen zu Creversdorf fünf Dörfer, am 30. November 1314.

In nomine Domini Amen. Quia ſedentis in ſolio maieſtatis in excelſis ſunt delicie in hac valle miſerie etiam cum filiis hominum habitare, ut ſedulis Secretariorum precibus exoratus miſericordiam querentibus de pietatis ſue habundantia copioſius largiatur; Nos igitur Johannes, dei gratia Brandenburgenſis, Miſenenſis et Luſatie Marchio, recognoſcimus et in publicam cupimus deuenire notitiam omnium per preſentes, quod ad cultum ſancti ſui nominis ampliandum obque ſalutem animarum, noſtre videlicet ac progenitorum filiorum heredum et ſucceſſorum noſtrorum, plena ſuper hoc habita diſcretorum noſtrorum deliberatione, dedimus et preſentibus donamus noſtra auctoritate qua fungimur honorabili viro Domino Henrico, Abbati de Colbaz, ordinis

Ciſtercienſis et fratribus in Creberſtorpe, eiuſdem ordinis libertates ac proprietates quinque villarum ſubſcriptarum videlicet Clodow, Zanzin, Henrikeſtorp, Martinſtorp et Loppow cum omnibus agris cultis et incultis, nemoribus, ſiluis, venationibus, paludibus, pratis, paſcuis, molendinis jam conſtructis et proceſſu temporis conſtruendis, aquis, ſtagnis, riuis, piſcationibus, terrifodinis, ſalinis ſeu cuiuſcunque utilitas fuerit eris et minere cum omnibus uſufructibus et prouentibus, cum iure patronatus eccleſiarum in villis premiſſis ac omni iure iuriſdictione iudicio maiori et minori abſque omni ſeruitio communi et priuato, cum omnibus immunitatibus et libertatibus, quas omnes eccleſie ordinis premiſſi in noſtris diſtrictibus conſtitute noſcuntur habere, iuſto libertatis ac proprietatis titulo in perpetuum poſſidendum, cum omnibus diſtinctionibus et limitibus et generaliter cum hiis omnibus et ſingulis que infra et citra limites ipſarum villarum continentur. Renunciantes omnibus premiſſis iuribus et proprietatibus quoad nos et heredes noſtros nichil iuris in bonis ipſis nobis et ſucceſſoribus noſtris penitus reſeruantes. Seruitia quoque dextrariorum de bonis ipſis nobis exhibenda non auferent que nunc de bonis ipſis ſunt preſtanda niſi de noſtra ſpeciali voluntate procedat. Addiicimus etiam, quod ipſi fratres XII manſos in uilla Clodow prefata abſque omni precaria pheudi et hereditatis libere poſſidebunt. Proinde venerabilis Dominus Henricus, Abbas eccleſie Colbazenſis prefatus, dedit et perſoluit nobis treſcentas Marcas argenti Brandenb. in pecunia numerata, de quibus ipſum Abbatem et confratres ſuas quitos reddidimus in hiis ſcriptis. Proteſtamur etiam, quod per huiuſmodi noſtre indulſionis formam conceſſe ipſis fratribus non intendimus litteris, iuribus, utilitatibus et proprietatibus ſeu priuilegiis ab illuſtri Marchione Alberto pie memorie conceſſis et indultis aliquatenus derogare. Vt autem premiſſa omnia inter nos et honorabilem virum prenotatum Dominum Henricum, Abbatem de Colbaz, ac ſuos confratres per magnificum principem Dominum Woldemarum, Marchionem Brandenburgenſem, ſororium noſtrum dilectum, noſtro nomine ſub anno domini milleſimo treſcenteſimo vndecimo in caſtro Spandow die dominica qua cantatur Inuocauit preſentibus noſtris fidelibus infra notatis ordinata et eorum quodlibet robur fortiatur perpetue firmitatis, preſentes litteras dedimus noſtro ſigillo ſigillatas. Teſtes huius facti ſunt Dominus Gheuehardus, Fredericus iunior, Henricus dicti de Aluenſleue, Ludouicus de Wanzleue, Droyſeko, noſter Dapifer, et Johannes de Cröchern, eius filius, et Hermannus de Arneburch, noſtre curie Notarius, pluresque alii fidedigni. Actum et Datum Spandow, anno domini milleſimo treſcenteſimo quarto decimo, in die Beati Andree apoſtoli.

Nach Gercken's Cod. II, 316.

VIII. Die Markgrafen Woldemar und Johann geben der Stadt Neu-Landsberg das Recht, für den Damm bei der Stadt ein Wegegeld zu erheben, am 20. Mai 1316.

Nos Woldemarus et Johannes, dei gratia Brandeburgenſes et Luſatie Marchiones, recognoſcimus publice in his ſcriptis, quod propter ſpecialem ciuitatis noue Landsbergk emendationem talem Conſulibus ac vniuerſitati ciuium ibidem preſentibus et futuris donaui-

mus et libera donatione donamus gratiam cum fauore, quod quicunque ex nunc et in antea aggerem dicte ciuitati adiacentem pertranſierit equitando, dabit ipſis de equo quolibet denarium Brandeburgenſem, exceptis noſtrarum terrarum hominibus conditionis exiſtentibus militaris atque perſonis ſpiritualibus, quas huius ſtatuti debito aſtringi nolumus quoquo modo. Eo tamen adiecto moderamine, quod vniuerſos denarios, quos huius ſtatuti pretextu collegerint, in refectionem et reparationem dicti aggeris et non ad vſum alium conuertere perpetuo teneantur. Et ne de hac noſtra largitione ipſis per nos ſincere conceſſa dubietas pullulet in futurum, hanc literam noſtrorum ſigillorum robore iuſſimus communiri. Teſtes quoque ſunt illuſtris Domina Anna Duciſſa Wratiſlauienſis, nobilis vir Henricus, Comes de Luchou, Sloteko, noſtre curie Dapifer, Buſſo dictus Gruwelhut, Burchardus de Bertenſleue, Petrus de Loſſoue, Henningus de Vorland, milites, Euerhardus, prepoſitus in Stolpe, noſter Capellanus, cum pluribus aliis fide dignis. Actum et datum in villa Lichterfeld, anno domini M°. CCC°. ſexto decimo, in Aſcenſione domini.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. V.

IX. Markgraf Woldemar ſichert den Bürgern Neu-Landsbergs den Gerichtsſtand vor dem Stadtſchulzen für alle Angelegenheiten zu, am 8. April 1317.

Nos Woldemarus, dei gratia Brandeburgenſis et Luſatie Marchio, recognoſcimus et ad vniuerſorum notitiam tenore preſentium publice volumus peruenire, quod fideles noſtros ciues ciuitatis noue Landesbergk in omnibus eorum iuribus et libertatibus, quibus hactenus uſi ſunt, vt in priuilegiis ipſorum deſuper traditis euidenter exprimitur, confouere volumus et fauorabiliter perpetuo conſeruare, prepoſitos ciues etiam de toto ad nullum iudicium prouinciale extra ciuitatem predictam trahi volumus occaſione cauſarum quarumcunque. Sed omnes cauſe contra predictos ciues mouende agitari debent coram predicte ciuitatis prefecto, Conſulibus et ſcabinis. In cuius rei teſtimonium euidens noſtro ſigillo munitum dedimus preſens ſcriptum, cuius teſtes ſunt noſtri fideles, Conradus de Wedel, Otto et Henricus Schenkiones de Schenkendorp, Slotheco, dapifer, Fritzo de Aluenſleuen, Johannes de Crochern, Henricus de Rochou, milites, cum multis aliis fide dignis. Actum et Datum in Spandowe, anno domini M°. CCC°. ſeptimo decimo, feria ſexta poſt diem beati Ambroſii.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. VI.

X. Markgraf Woldemar verleiht einem Bürger Neu-Landsbergs Hebungen aus der dortigen Spitzmühle, am 23. März 1319.

Nos Woldemarus, dei gratia Brandeburgenſis et Luſatie Marchio, recognoſcimus tenore preſentium publice proteſtantes, quod diſcreto viro Fritzoni de Stenwitz, ciui noſtro de noua Landesbergk, eiuſque veris heredibus contulimus iuſto feodi titulo, et vendimus rationabiliter duos Choros ſiliginis in molendino Spitzmole dicto — percipiendos et poſſidendos iure pleno pacifice et quiete. Nec proinde dictus Fritzo vel eius heredes nobis ad aliquod ſeruitium aſtringentur, propter quod dictus Fritzo pro ſe et ſuis heredibus nobis dedit et perſoluit in numerata pecunia XVI Marcarum argenti Brandenburgenſis, de quibus dicimus ipſos quitos. In cuius rei teſtimonium noſtro ſigillo muniri fecimus preſens hoc ſcriptum. Teſtes fuerunt preſentes Nobilis vir Guntherus, Comes de Keuernberg, Henningus de Blankenburg, noſter dapifer, Henningus de S . . ., noſter Aduocatus, milites, Thidemannus, prepoſitus de Granzoye, et Hermannus de Luchoue et alii fide digni. Actum et datum Grünberch, anno domini M°. CCC°. XIX°. ſexta feria in Dominica Judica.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. VIII. Gercken's Codex V, 177.

Anm. Das Datum muß verſchrieben ſein: vermuthlich iſt ſtatt in Dominica Judica zu leſen ante Dominicam Judica.

XI. Markgraf Woldemar vereignet der Stadt Neu-Landsberg das Dorf Glinick, am 6. Auguſt 1319.

Nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgenſis et Luſatie Marchio, recognoſcimus et ad vniuerſorum notitiam tenore preſentium publice volumus peruenire, Quod fidelibus noſtris dilectis ciuibus ciuitatis noſtre noue Landesbergk dedimus et per preſentes literas damus donatione ſolemni villam Glinik cum omnibus ſuis diſtinctionibus, prout ab antiquo huc uſque diſtincta fuit et eſt debito et conſueto proprietatis titulo perpetuis temporibus poſſidendam. Renuntiantes ſimpliciter pro nobis noſtriſque heredibus et ſucceſſoribus omnibus iuri actioni et proprietati, que huc uſque competebant et poſſunt competere in futurum. Sed proinde predicte ciuitatis ciues preſentes pro ſe et ſuis poſteris ſatiſſecerunt pro noſtro libito voluntatis, et ne ſuper huiuſmodi donatione noſtra cuiquam in poſterum dubium valeat ſuboriri, preſentem literam ſuper ea dedimus noſtri ſigilli munimine roboratam. Teſtes huius facti ſunt noſtri fideles Droſeko et Henningus de Blankenburg, noſtre curie dapiferi, Henricus de Stegeliz ſenior, Henricus iunior de Stegeliz, et Henricus de Crochern, milites, Euerhardus, prepoſitus in Berlin, et Hermannus de Louchou, Capellanus, cum aliis pluribus fide dignis. Actum et datum in Swet, anno domini M°. CCC°. XIX°. die beatorum Sixti Feliciſſimi et Agapiti martyrum.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. VII.

Anm. Das gewiß ganz richtige Datum dieſer Urkunde iſt von Gercken Codex V, 176 verdächtigt.

XII. Markgraf Ludwig bestätigt die Stadt Neu-Landsberg, am 3. Mai 1325.

Ludovicus, dei gratia Brandenburgenſis et Luſatie Marchio, comes palatinus Reni, Dux bavarie, ſacri imperii archicamerarius, fidelibus et dilectis Burgenſibus univerſis in nova Landsbergk preſentibus et futuris gratiam ſuam et omne bonum. Conſtantie veſtre preceſſa caritas ad hoc noſtrum provocat ac pulſat animum, ut ad ea, que veſtrum contingunt ſalutem et commodum, ſinceris affectibus merito intendere debeamus. Supplicationibus igitur veſtris humilibus favorabiliter inclinati, univerſa veſtra ac civitatis noſtre predicte jura, libertates, proprietates, poſſeſſiones, donationes, gratias, approbatas conſuetudines atque immunitates, quibus vos et civitas eſtis ab anteceſſoribus noſtris, quondam Marchionibus Brandenburgenſibus ſancte memorie, prediti ac muniti, Inſuper omnia veſtra privilegia, literas ſeu inſtrumenta ſuper dictis juribus, proprietatibus, libertatibus, poſſeſſionibus, donationibus ſeu ſuper contractibus quibusvis per ipſos noſtros anteceſſores vobis et civitati data, conceſſa et indulta ſunt, approbamus, ratificamus, nec non preſentis pagine patrocinio ſolemniter confirmamus. Nulli ergo omnino homini fas ſit, hanc paginam noſtram infringere vel aliquo modo contraire. Quicunque vero hoc facere vel attemptare preſumpſerit, noſtram indignationem cum ultione debita ſe noverit incurſurum. Teſtes hujus noſtre confirmationis et gratie ad hoc vocati ſpecialiter ſunt nobiles viri domini Guntherus et Adolphus, comites de Lindowe, honorabilis vir dominus Segerus, prepoſitus Stendalienſis, Hermannus de Reder, noſter Marſcalcus, Hermannus de Loſſow, Ludolphus de Wedel, Guntherus de Sandelow, Hermannus Bolch, milites noſtri, cum aliis fide dignis, in quorum omnium et ſingulorum ſtabile teſtimonium preſentem paginam inde confici et ſigilli noſtri appenſione mandavimus fideliter communiri. Datum in dicta nova Landsberg, per manum Hermanni de Luchow, Anno domini MCCCXXV, in inventione ſancte crucis, in noſtra preſentia.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 48.

XIII. Markgraf Ludwig vereignet der Stadt Neu-Landsberg acht Winſpel Mühlenpächte und das Dorf Eulem, am 3. Mai 1325.

Wir Ludovicus, von gots gnaden zu Brandenburg vnd Luſatien Marggraff etc., bekennen vnd thun kund offentlich mit dieſem Brieffe, daſz wir vnſern getreuen Burgern von Neuen Landsberg, gegenwärtigen vnd zukunfftigen, darzu der gantzen gemeinen Stadt gegeben haben vnd geben mit vollkommener gabe vber IIII winſpel roggen in der mühle, bey der ſtadt mauer gelegen vnſerer genanten ſtadt, vnd vber IIII winſpel roggen in der ſpitzmole vollkommene gewalt, daſz vns daran, noch vnſern erben, noch vnſern nachkomlingen kein recht daran behalten noch behalten wollen in den VIII winſpel roggen. Darzu den obgemelten vnſern getreuen burgern vnd einwohnern der ſtadt Landsberg geben wir gantz zueigen das dorff Vlem mit allen nutzungen, darzu gehorenden oder einkommenden nutholtzungen, weyden, waſſern vnd was ſonſt zum

dorffe belegen oder mit was nahmen das mag benennet werden, mit allen reinen vnd grentzen vor idermeniglich fridlich zubefitzen. Thun derfelben kund, dafs die VIII winfpel roggen mitfampt dem dorffe Vlem die obgedachten geruhlich befitzen follen, vnverhindert vnfer oder vnfer leibs erben oder nachkomligen. Auf defz an diefer gabe niemands zweifel, haben wir derhalben diefen vnfern Brieff mit vnferm ingefiegel bekräfftiget vnd bekräfftigen in Beywefen der geftrengen edelen Gunthero vnd Adolffo, graffen von Lindaw, dem werdigen herrn Segere, hermann von Reder, vnfer marfchalck, hermann von Lufchkaw, Ludolffes von Wedel, Guntherus von Sandelow, hermann Balch vnd Mauricius vnd henningk von Wedel mit andern glaubwürdigen männern. Datum in der ftadt Landsberg, in vnfer gegenwartigkeit, im Jahre des herrn dreyhundert vnd im XXV, am Tage inventionis crucis, durch die hand Johan von Luchaw.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 109.

XIV. Markgraf Ludwig beftätigt der Stadt Neu-Landsberg Pächte in der Linde'fchen Mühle und das Eigenthum der Mühle Vogelfang, welche die Stadt von dem Kloster Sameritzkow erworben, am 3. Mai 1325.

Ad perpetuam rei geste memoriam Ludouicus, dei gratia Brandenburgenfis et Lufatie Marchio, Comes Palatinus Rheni —, omnibus hoc fcriptum intuentibus falutem —. Inde igitur eft, quod cum fideles noftri ac dilecti Burgenfes noftri de noua Landesbergk IV choros filiginis cum proprietate in molendino Linde, fito apud dictam civitatem noftram Landsbergk, ab Abbate et fratribus de Sameritzko Ciftercienfis ordinis comparauerint, nec non proprietatem molendini Vogelfangk, fiti prope civitatem noftram predictam, cum tribus choris et VIIII modiis filiginis predicti noftri Burgenfes ab eodem Domino Abbate et Conuentu etiam legitime compararint, nos ad inftantiam humilem eorundem Burgenfium noftrorum contractum talem approbauimus et proprietatem omnimodam et plenam fuper eosdem ipfis duximus concedendam, ita quod nihil juris in eisdem nobis vel noftris fuccefforibus referuamus. Et ne de hoc fcripto apud aliquem dubium oriatur, prefentes inde confici et figilli noftri appenfione juffimus fideliter communiri. Prefentibus nobilibus viris dominis Gunthero et Adolpho, Comitibus de Lindow, honorabili viro Domino Segero, prepofito Stendalienfi, Hermanno de Reder, noftro Marfcalco, Ludolpho de Wedel, Hermanno de Lofsou, Gunthero de Sandelow, militibus, cum aliis fide dignis. Datum in dicta noua Landesbergk, per manum Hermanni de Luchou, anno domini M°. CCC°. XXV°., in inuentione Sancte crucis.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. IX.

XV. Markgraf Ludwig bestätigt dem Abte zu Colbatz verschiedene dem Kloster Himmelstädt überwiesene Besitzungen und hebt einen Streit zwischen der Stadt Landsberg und den Bewohnern von Loppow, am 28. Juni 1326.

Nos Ludouicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Bauarie et Carinthie Dux, S. R. I. Archicamerarius. Vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, cupimus fore notum, quod cupientes bonorum operum nostrorum Antecessorum imitari vestigia, ob augmentum diuini cultus in monasterio Loco coeli ampliando, nostras patentes litteras dedimus et dabimus, quotiens necesse fuit, venerabili et religioso viro Domino Theodorico, Abbati monasterii in Colbaz, prouisori Loci celi predicti, et quia, quod prius neglectum est in litteris predecessorum nostrorum nuncque lucide expositum et declaratum per graciam Dei omnipotentis exprimere in presentibus litteris volumus et conamur. In primis ipsam curiam Creuestorp cum omnibus villis suis in priuilegiis illustris principis Domini Alberti, quondam Marchionis Brandenburgensis felicis memorie, predecessoris nostri, scriptis cum villanis, cum omnibus pertinentiis — — ratificamus, innouamus et approbamus et redditus mellis Domino Abbati et fratribus suis in Loco coeli presentium vigore literarum lucide et expresse donamus. Et paludem ville Nyendorp de consensu et scitu illorum de Holtebothel totam et integram predictis assignamus. Et totam paludem ville Loppou usque ad paludem ville Genyn cum omnibus pratis, pascuis, piscationibus, quocunque nomine appellati sunt in lingua Polonica seu teutonica, predicto monasterio propter Deum donamus. Sed tamen discordiam quondam factam cognouimus inter illos de Loppou et ciues nostros in Landesberghe propter quandam insulam, quam dicunt, quod predecessores nostri illam ciuitati supradicte assignauerint, quam discordiam ita volumus presentium virtute litterarum cassare, ut inferius patebit. Ita plane, quod illi de Loppou dimidiam paludem eorum cum dimidietate pratorum perpetuis temporibus obtinebunt, possidebunt et perfruentur, Et ciues nostri de Landesberghe residuam dimidietatem paludis et pratorum cum insula eorum absque piscationibus in perpetuum obtinebunt. Quod si predicti ciues presentem nostram compositionem et discussionem laudabilem, sicut promiserunt id nobis et consenserunt in posterum, quod Deus auertat, nec obseruare, nec ratam habere vellent, tunc pro certo ipso facto omnium priuilegiorum, in quibus ipsis Consulibus et ciuitati predicte gratiam fecimus minuendo redditus nostros, scilicet de Orbore et aliarum gratiarum quarumcunque, quocunque nomine vocari poterint aut possint, per nos factarum aut faciendarum in litteris eorum contentarum sciant se integraliter per nos et successores nostros priuandos. Insuper annullamus . . . . . in proprietatibus predicti monasterii tempore Domini Woldemari, quondam Marchionis Brandenburgensis felicis recordationis, et specialiter ab illis de Wyninghen et illis de Maruitzen factarum et cauemus ipsi Domino Abbati et monasterio Loco celi, quatenus habeant artifices suos in monasterio saltem textores, sartores aliasque diuerse artis magistros et quod libere vendere possint res et bona eorum in annualibus foris sine pacto, quod Stedegeld dicitur, in omnibus ciuitatibus ab hac parte Odere et quod exempti sint ab omni exactione, qualicunque nomine vocetur, et ab omni theloneo in terris, in aquis et per omnes pontes totius Marchie Brandenburgensis omnia seruitia in bonis predictis cum omni precaria habeant. Et si aliqua bona in proprietatibus monasterii posita a vasallis nostris emerint sine contradictione nostrorum successorum quorumcunque, pacifice cum suis bonis, que nunc jam habent, possidebunt. Item volumus et seriose mandamus sub obtentu gratie nostre et

priuatione honoris, quod nullus vaſallorum noſtrorum Domino Abbati et conuentui ſupradicto in dampnum et grauamen aliqua bona proprietatum ipſarum emere audeat quomodo vel preſumat, et conſenſus plenus Domini Abbatis et conuentus de Loco celi adhiberi debet. Alioquin iſta emtio irrita erit et inanis. Et noſcendum, quod Dominus Abbas et conuentus de Loco celi omnia et ſingula ſua bona absque omni uexatione priuilegiorum ſuorum leſione ita libere, pacifice et quiete cum tali potentia et auctoritate debeat tenere, habere et poſſidere, ſicut et nos totum dominium noſtrum a predeceſſoribus noſtris poſſedimus et per gratiam Dei poſſidemus. Renunciantes inſuper ſolemniter expreſſe omni juri, actioni et impetitioni, quod vel que nobis, heredibus aut ſucceſſoribus noſtris in ipſis bonis omnibus et ſingulis expreſſius in ſuperioribus litteris et priuilegiis tactis et nominatim poſitis competebat, competit aut quomodolibet competere poterit in futurum. Recipientes ipſum monaſterium Locum celi cum omnibus ſuis pertinentiis et bonis quibuscunque ac fratribus pro tempore ibidem degentibus ſub noſtra ſucceſſorumque noſtrorum protectione, defenſione et tutela ſpeciali. Inhibentes inſuper omnibus et ſingulis Capitaneis, Aduocatis ac Officialibus noſtris preſentibus et futuris, ne ſepedictum monaſterium Locum celi, fratres ac bona ſua predicta in aliquo moleſtare, grauare aut perturbare audeant vel preſumant. In cujus rei firmius robur preſentes litteras et noſtro authentico ſigillo juſſimus roborari. Teſtes hujus rei ſunt Nobiles viri Domini Gunther et Vlricus, Comites de Lindow, Dominus Segerus, prepoſitus Stendalienſis, Theodoricus et Rolekinus, presbiteri, Henricus de Redere, Henricus de Wedel, Hermannus de Luchou et Michahel, dictus Kratze, milites. Petrus Rako, Petrus Ryke et Conradus de Santoch, ciues noſtri de Landesberghe, cum aliis pluribus ciuibus et clericis fidedignis. Datum in dicta Noua Landesberghe, anno domini milleſimo treceteſimo VI°., in vigilia Petri et Pauli apoſtolorum.

Aus Gercken's Cod. II, 322 nach dem Originale des Geh. Staatsarchives.

NB. Die Urkunde hat auch in der Originalausfertigung das lückenhafte Datum, wornach ſie in die Jahre 1326, 1336 oder 1346 geſetzt werden kann. Indeſſen am 28. Juni 1346 war Ludwig überhaupt nicht in der Mark, am 28. Juni 1336 war er zu Wittenberg. Es bleibt alſo nur das Jahr 1326 übrig. Für dies Jahr paßt aber, wie Gercken ſchon richtig bemerkt hat, nicht der Titel Carinthie Dux, der dem Markgrafen um dieſe Zeit noch nicht gebührte. „Ueberhaupt", bemerkt Gercken ſehr richtig, „iſt mir der ganze Schenkungsbrief faſt zu favorabel". Wir haben in dieſem Documente wahrſcheinlich eine falſche Urkunde vor uns.

XVI. Markgraf Ludwig beſtätigt dem Kloſter Colbatz oder dem zu errichtenden Kloſter Himmelſtädt die Schenkungen ſeiner Vorgänger, am 15. Auguſt 1328.

Nos Ludouicus, dei gratia Brandenburgenſis et Luſatie Marchio, Comes Palatinus Reni et Bauarie Dux. Vniuerſis ac ſingulis, ad quos preſens ſcriptum peruenerit, ſalutem et omne bonum. Accedens ad Serenitatis noſtre preſentiam venerabilis et religioſus vir Dominus Theodoricus, Abbas monaſterii in Colbaz ordinis Ciſtercienſis, nobis humiliter ex parte ſui et conuentus ipſius ſupplicauit, quatenus priuilegia, libertates, emunitates, gratias, donationes, jurisdictiones et jura per illuſtrem principem Dominum Albertum, Marchionem Brandenburgen-

ſem pie memorie, ipſis conceſſas et data ratificare, approbare, confirmare et punctatim in omnibus et ſingulis articulis et clauſulis ſuis lucidius declarare auctoritate noſtri principatus ac majeſtate gratioſe dignaremur. Nos igitur ad honorem Dei omnipotentis et ſue genitricis glorioſe ſemper virginis Marie et ob ſalutem illuſtrium principum Marchionum Brandenburgenſium, predeceſſorum noſtrorum ac heredum et ſucceſſorum noſtrorum animarum memoriam et remedium ſalutare, venerabilis Domini Theodorici, Abbatis monaſterii predicti, ac ipſius Conuentus rationabilibus et honeſtis ſupplicationibus benignius inclinati, priuilegia, libertates, gratias, donationes, emunitates, jurisdictiones et jura, utpote prouide, ſalubriter et benigne donata ex noſtra certa ſcientia lucidius declaramus in hiis ſcriptis. In primis recognoſcentes predictorum bonorum proprietatem ad predictam eccleſiam Colbazenſem vel ad Locum coeli, ſi conſtruetur, immediate pertinebunt. Si autem predicti vaſalli in appropriatis villis monaſterio Colbaz aut Loco coeli predicta vendere debebunt, tunc Domino Abbati in Colbaz aut Abbati in Loco coeli vendere tenebuntur, et iſti Abbates aut unus eorum pleno jure cum prouentibus et fructibus uniuerſis poſſidebunt. Item quod ciues villarum Genyn, Pirene et Viez debeant eſſe contenti propriis limitibus, ſic debet intelligi, videlicet in paludibus, pratis, paſcuis, agris cultis et incultis, pro eo autem, quod pecudibus Mericam attingere debeant et poſſunt et hoc eſt de noſtra licentia et fauore ſpeciali, ita tamen quod auenam ipſis per nos impoſitam annuatim ſoluere tenebuntur perpetuis temporibus nobis ac ſucceſſoribus noſtris, quam auenam nolumus augeri nec minui. Inſuper talem gratiam facimus eidem, quod cum ligna qualiacunque ſeu carbones de mericis eorum vendiderint, per emtores duci poſſunt ad ciuitates, opida, villas et loca ipſis conuenientia noſtris viis et ſtratis per nemora, ſiluas et campos ſine impedimento lucariorum et cuſtodum nemorum noſtrorum et famulorum eorundem quorumcunque. Et notandum, quod omnia et ſingula bona in literis illuſtris principis Domini Alberti, Marchionis Brandenburgenſis pie memorie, conſcripta et poſita cum omnibus pertinentiis, prouentibus, fructibus et redditibus, etiam quocunque poſſunt cenſeri vocabulo, etiam cum redditibus mellis, omni exceptione poſtergata et poſtpoſita, approbamus, ratificamus et confirmamus, nihil juris in predictis bonis nobis aut noſtris ſucceſſoribus penitus omnino reſeruantes. Sed omnia pure propter Deum eccleſie Colbacenſi aut eccleſie noui monaſterii futuri, quod per Dominum Albertum Locum coeli ſcimus appellatum, pro nobis, heredibus ac ſucceſſoribus noſtris fauorabiliter remuneramus et deuote donamus litteras per preſentes auctoritate noſtri principatus juſto libertatis ac proprietatis titulo perpetuo poſſidenda. In cujus rei firmius teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Teſtes hujus facti ſunt Nobiles viri Domini Guntherus et Vlricus, Comites de Lindow, Hinricus de Wedele et Michahel, dictus Cratz, milites, Tidericus et Rulekinus, presbiteri. Petrus Rakou, Petrus Rike et Conradus de Zantoch, ciues noſtri de Landesbergh, cum aliis pluribus fide dignis. Datum in dicta Noua Landesberghe, per manum Hermanni de Luchou, anno domini Milleſimo CCCmo XXVIII., ipſo die aſſumptionis B. Marie virginis glorioſe.

Nach dem Originale in Gercken's Cod. II, 319 und Dickmann's Sammlung fol. 300.

XVII. Graf Benjamin in Namkonow bekundet, das Dorf Borkow dem Albert Buſch zu Lehn gegeben zu haben, am 22. Juli 1335.

In nomine domini Amen. Humani generis actiones memoriam perpetuam indigentes plerumque ab hominum notitia dilabuntur, ſi non literarum et teſtium munimine confirmantur. Igitur nos Benjamin in Namkonow, filius Comitis Benjamin, quondam Palatini Polonie, una cum dilecto patruo noſtro Andrea notum facimus uniuerſis preſentibus et futuris preſentium notitiam habituris, quod de non ficta voluntate et ſalubri habito noſtrorum amicorum et ſubditorum unanimi conſilio et conſenſu honeſto viro, nobis dilecto, Alberto Puſch ſuisque legitimis heredibus vel ſucceſſoribus, cujuscunque conditionis fuerint ſiue ſtatus, villam noſtram Borke, nobis ab antiquo jure patronatus pertinentem, integraliter infra ſuas metas cum ſuis agris, cultis et incultis, ſiluis, nemoribus, pratis, paludibus, mellificiis et omnibus aliis utilitatibus, prout eam pater noſter felicis memorie et nos ab initio poſſedimus, omnimodo damus et conferimus ſine omni et quolibet ſeruitio vel obſequio in perpetuum hereditario jure poſſidendam. Superaddimus eidem Alberto Puſch ſupra dictam hereditatem Borke ſecundum liberum arbitrium commutare, vendere ſeu donare, cum ipſis proceſſu temporis videbitur expedire. Vt autem hec noſtra donatio robur obtineat perpetue firmitatis, preſentem paginam noſtri ſigilli munimine roborauimus. Actum anno dominice incarnationis M°. CCC°. XXXV°., preſentibus his teſtibus Comite Janiken de Solwen, milite noſtro, Vlrico Slauo, Jacobo, domino de Wiſare, Conrado de Derdebuſch, Heſekino, Hermanno Drebel et Conrado Brudo aliisque pluribus fidedignis. Datum in Nankanow, in die ſancte Marie Magdalene.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. X. In Dickmann's Copialbuch des Geh. Staatsarchives mit der Jahreszahl 1330.

XVIII. Markgraf Ludwig belehnt pfandweiſe die von Jagow und von Uchtenhagen mit Zantoch, am 20. September 1335.

Wir Ludovig etc. bekennen an diſem openen briſe, dat wi den vromen luden henninge vnd Mathyſe, brudern, geheiten von Jagowe, vnd claus, eren vedern, vnd henninge vnd arnde von vchthenhagen habben geliben vnd ligen en vnd eren eruen vnd erſnamen mit ſamender hant to rechteme lene vor vir hundert marg brandenburg. ſiluers vnd gewichtes dat hus to zantoch mitten haluen tolle tu zantoch vnd daz dorp to techowe mit hogeſten, mit ſideſten richte, mit wagendinſte vnd mit alle dem ander dinſte, wo man den genenen mag, mit bede, mit acker, gewunnen vnd vngewunnen, mit water, mit wiſcherie, mit weide vnd bi namen mit des hertoghen weſe, mit holte, mit brucke, an wiſſche, an velde, alſo wi dat heben gehat mit alme rechte; In dem dorppe tu ſellin penninge bede, corn bede, vleyſ bede mit wagendinſte; in dem dorppe to berenvelde penninge, corn vnd vleyſ bede vnd den wagendienſt; in dem dorppe

benrichesdorpp penninge, corn, vleyſ bede, mit wagendinſt vnd in dem dorpe Mertenſdorp penninge, corn, vleyſ bede mit alme rechte, als wi dat vorgenante gut hebben gehat, ſunder allerleige argeliſt vredelicke to beſittende an allerleige hinder. Weret och, dat ſi icht verbuden an dem vorgenanthen huſe to zantoch eder an der bruken eder wor an des were, dat redelike bewiſen muthen ſi, dat ſcole wi em gelden, wenne wie dat hus weder kopen: wolden ſi ok dat hus laten durch er noet, dat ſcolen ſi laten vſen mannen, dat ſcolen wie lighen vor ſcultgelt, als vorgeſcreuen iſt. Dit vorgenanthe hus tu zantoch ſcal och vſe oppen hus weſen to al vſen noten, ſunder allerleyge argeliſt. Wi vnde vſe nakomen mogen och dat vorgenanthe hus tho zantoch mit alle dem gudde, dat hir vorgeſcreben ſteit, weder kopen, wan wie welle oder mogen, van en vnd eren eruen vmb ſzulk gelt, als hir vorgeſcriben ſteit. In cuius Teſtes epiſcopus Caminenſis, her guſſo, Johannes buch, ludeke wedel, eſolderith. Anno domini M°. CCC°. XXXV°., In vigilia mathei ewangeliſte.

Aus dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Landsberg Bl. 26, No. XIX.

XIX. Abt Ditmar von Sameritzkow berichtet dem Markgrafen Ludwig, wie ein Bürger zu Droſſen die Stadt Neu-Landsberg wegen der ihr verkauften Mühle Vogelſang ungebührlich in Anſpruch nehme, am 30. September 1335.

Illuſtri Principi ac inclito Domino Ludowiko, Marchioni Brandenburgenſi, Frater Ditmarus, Abbas in Sameritz, Ordinis Siſtertienſis, Posnanienſis Dioceſis, Orationes in Chriſto deuotas et beatam ſpem cum iuſtis in aduentu Judicis expectare. Coram Generoſitate veſtra preſentibus recognoſcimus, Quod Nicolao Sculari, olim ciui in Droſsena, in IIII Marcas argenti tenebamur, quas ei ex molendino noſtro, quod dicebatur Vogelſangk pro tunc, quando adhuc illud molendinum ire et molere aptum fuit, perſoluebamus, poſtea uero ipſo molendino deſerto et deſolato eidem Nicolao illas IIII marcas ex noſtro Monaſterio et Clauſtro et ex ceteris noſtris bonis, ubi habere poteramus, ſoluebamus. Vnde nos conſiderantes, quod nullum fructum ac vſufructum ex illo molendino percipere potuimus, tandem Ciuitati Landespergk, iuxta quam ſitum erat, locum et aream ipſis cum aliis bonis, ipſi molendino non annexis rationabiliter vendidimus pro bonis non detentis et bonis non perplexis, cum utique illud molendinum ipſi Nicolao neque pro hereditario nec proprietate vnquam fuerat reſignatum. Quare recognoſcimus lucide, quod ſi dictus Nicolaus aut aliquis ſuo nomine Conſules aut Ciues in Landtſpergk pro hac re impeteret ac moleſtaret, — noſtri et Monaſterii noſtri intereſt, defectum, ſi quem ipſe Nicolaus perinde ſuſtinuit recompenſare, et ipſe nos pro hoc habet et non alios incuſare. Item proteſtamur, quod dicti Conſules Ciuitatis exhibuerunt ſe ad omnem iuſticiam ipſi Nicolao faciendam coram Sculteto et pluribus aliis idoneis, ne iidem vexarentur amplius ab eodem. Datum ipſo die ſancti Jheronimi Confeſſoris, Anno Domini M°. CCC°. XXXV., noſtro ſub ſigillo.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. XI.

XX. Markgraf Ludwig verleiht den Gebrüdern Rakow in Neu-Landsberg Hebungen in Soldin und an ihrem Wohnorte, am 6. September 1338.

Anno domini M. CCC. XXXVIII., in templin, die dominica ante Nativitatem beate virginis, contulimus et presentibus conferimus discretis viris henrico et petro, dictis Rakowe, fratribus, ciuitatis noue Landsberg ciuibus, ipsorumque veris et legitimis heredibus vna et coniuncta manu, XIIII^{or} talenta denariorum Brandenburgensium cum II solidis denariorum annuorum reddituum in censu mansorum ciuitatis nostre Soldin, quatuorque choros siliginis in molendino predicte ciuitatis noue Landsberg, eo iure, quo antecessores eorum a nobis tenuerunt, sine impedimento quolibet perpetuis temporibus possidendos. In cuius etc. Testes Buch, Yfeltsrider, Io. Husener, Bombrecht, pincerna, cum ceteris fide dignis.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).

XXI. Markgraf Ludwig gestattet der Stadt Neu-Landsberg das Recht zur Erhebung eines Zolles von durchgehenden Waaren, am 10. Februar 1340.

Lvdouicus etc. Prudentibus viris etc. Ob ampliationem rerum, commoditatum et honorum vestrorum, quibus meritorum vestrorum commendabilium consideratione sollicita mente nitimur intendere, vobis, successoribus vestris hanc prerogatiuam siue gratiam decreuimus facere singularem, videlicet, quod a mercimoniis quibuslibet et quibuscunque per aquam descendentibus medietatem thelonei, quod quidem integraliter in castro nostro Zantach recipi consuetum est, in antea sine prohibicione qualibet perpetuis temporibus recipere valeatis, Lignis ad edificia et ad structuras domorum valentibus, que tamen theoloneum plenum et integrum soluere tenebuntur, duntaxat exceptis, liberam et omnimodam damus et concedimus facultatem, Supportantes singulos et vniuersos vestros conciues corporali vobis residencia commorantes, sic quod ad huiusmodi premissi theolonei dationem siue solutionem in antea minime teneantur. Reseruantes tamen nobis, heredibus et successoribus nostris medietatem omnium obuentionum et deriuationum ex ipso euenire potentium, residuamque medietatis partem vestris, successorum vestrorum et ciuitatis vestre volumus vsibus applicari. In cuius etc. Testes Guntherus comes de swarzburg, Io. de Büch, Io. Husener, Beringerus Helo, Bonbrecht etc. Datum Berlin, feria quinta ante dominicam exurge, anno domini M°. CCC°. XL°.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in qu.).

XXII. Markgraf Ludwig gestattet der Stadt Neu-Landsberg, die Hälfte des Zolles zu Zantoch einzunehmen, und befreiet die Bürger der Stadt von Zollabgaben an diesem Orte, am 18. Februar 1340.

Ludouicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bauarie, Sacri Romani imperii Archi-Camerarius, Prudentibus viris et discretis Consulibus et vniuersitati ciuitatis noue Landtspergk gratiam et notitiam subscriptorum. Ob amplificationem rerum, commoditatum et honorum vestrorum, quibus meritorum vestrorum commendabilium consideratione solida mente intendere nitimur, vobis, successoribus vestris hanc prerogatiuam siue gratiam decreuimus facere singularem. Videlicet quod a mercimoniis quibuslibet et quibuscunque per aquam descendentibus medietatem thelonei, quod quidem integraliter in castro Zantoch recipi consuetum est, in antea sine prohibitione qualibet perpetuis temporibus recipere valeatis, lignis ad edificia et ad structuras domorum valentibus, que tamen thelonium plenum et integrum soluere tenebuntur, duntaxat exceptis, liberam et omnimodam damus et concedimus libertatem, supportantes singulos et vniuersos vestros conciues corporali vobis residentia commorantes, sic quod ad huiusmodi promissi thelonei dationem siue solutionem in antea minime teneantur. Reseruantes tamen nobis, heredibus et successoribus nostris medietatem omnium obuentionum ex ipso peruenire potentium residuamque medietatis partem vestris, successorum vestrorum et ciuitatis vestre volumus vsibus applicari. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes vero huius sunt Nobilis Gunterus Comes de Schwartzburgk, dominus Johannes de Buch, Capitaneus noster dilectus, Johannes Husener, Camere nostre Magister, Heylo, Marschalcus, Bombrecht, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Berlin, Anno Domini M°. CCC°. XL°., feria sexta ante Dominicam Exurge.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. XII. In der Dickmann'schen Urkunden-Sammlung des Geh. Staatsarchives fol. 211 befindet sich dieses Document mit dem Datum feria quinta ante etc. d. i. den 17. Februar.

XXIII. Mathias und Nicolaus von Jagow geben der Stadt Neu-Landsberg zwei Winspel Getreidepacht aus der Spitzmühle zu Lehn, am 5. Juni 1342.

In nomine Domini amen. Memorabilis testatio literarum acta modernorum deducit ad notitiam futurorum, non sinens ea supprimi suggestione fraudis aut erroris per temporum momenta. Nos igitur Mathias, miles, ac Nicolaus, famulus, patrui, condicti de Jagon, coram uniuersis et singulis Christi fidelibus presentibus et futuris, ad quorum notitiam presentes litere peruenerint, recognoscimus lucide profitentes, quod diligenti deliberatione prehabita contulimus et presentibus literis conferimus laudabilibus viris Consulibus et toti vniuersitati ciuitatis noue Landesbergk redditus et prouentus duorum Chororum — in molendino prope ciuitatem predictam, quod vulgariter dicitur Spizmole, omnibus et singulis annis in perpetuum absque contradictione et impedi-

mento sufferendos et pro vero feudo legitime possidendos. In cujus testimonium et euidentiam sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum in castro Zantoch, anno domini M°. CCC°. XLII°., feria quarta infra Octauas Corporis Christi, presentibus Arnoldo de Stegeliz, Bernhardo, Henningo et Hermanno, fratribus, dictis de Wolkou, et quam pluribus aliis fide dignis.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. XIII.

XXIV. Conrad, Stadtschulze von Neu-Landsberg, verzichtet auf alle seine Rechte auf die Mühlen Linde und Spitzmühle zu Gunsten der Stadt, am 1. Juli 1342.

Nouerint uniuersi literarum presentium notitiam habituri, quod ego Conradus, prefectus et Scultetus ciuitatis noue Landesbergk, vendidi rite et rationabiliter et resignaui nomine meo et heredum meorum omnem et totalem hereditariam successionem, quam in duobus molendinis, sitis juxta predictam civitatem Landsbergk, scilicet Spitzmole et Linde, habui, ad utilitatem et indigentiam consulum et uniuersitatis totius ciuitatis memorate Landsbergk, renunciando omni impetitioni ex parte mei et meorum heredum. In cujus protestationem sigillum meum presentibus est appensum. Actum et datum anno domini M°. CCC°. XLII°., feria secunda infra Octauam sancti Johannis Baptiste.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. XIV.

XXV. Markgraf Ludwig belehnt Heinrich und Peter Rakow mit dem vierten Theile des Gerichtes zu Neu-Landsberg, am 17. Juni 1344.

Noverint etc. Quod nos etc. contulimus et presentibus conferimus discretis viris Henrico et Petro, fratribus, dictis de Rakow, civitatis nostre Landesberg civibus, fidelibus nostris dilectis, quartam partem judicii civitatis nostre pretacte cum singulis et universis pertinenciis eidem parti de jure vel ex debito pertinentibus, sub modis, formis, juribus, fructibus, commodis et honoribus, quibus prenotatam partem judicii discretus vir Konekinus, scultetus noster ibidem, hactenus tenuit, possedit, in antea dicto pheudi titulo perpetuis temporibus a nobis sine inquietacione qualibet quiete et pacifice possidendam. In cujus etc. Datum in nova Landesberg, MCCCXLIV, feria III infra octavas corporis Christi.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 172.

XXVI. Markgraf Ludwig vereignet der Stadt Neu-Landsberg ein wüstes Dorf, am 2. März 1345.

Ludowicus etc. Discretis viris consulibus totique communitati ciuitatis noue Landesberg etc. De eo, quod grauia et intolerabilia periculorum dispendia, que per ignis voraginem nouiter estis perpessi, vobis vestreque ciuitati predicte in refusionem seu restaurationem dampnorum, que occasione huiusmodi voraginis incurristis, de mera mentis nostre liberalitate aream siue locum ville . . . . . iam deserte damus, donamus et tenore presentium appropriamus cum omni iure liberaliter, videlicet agris, pratis specialibus, pascuis, lignis, rubetis, aquis et paludibus dicte ville ex debito, iure vel antiqua conswetudine pertinentibus, nec non cum singulis et vniuersis suis pertinentiis, quocunque nomine nuncupantur, perpetuis temporibus pacifice pertinendum. Renunciantes etc. Si quoque cuiquam in eadem quidpiam inpeticionis seu actionis competeret, id ipsum componere debebitis secundum iuris exigentiam vel amorem. Datum ut supra (Soldin, Anno MCCCXLV, feria IIII^{a} ante Letare).

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in qu.).

XXVII. Markgraf Ludwig schenkt der von Brandschaden heimgesuchten Stadt Neu-Landsberg das wüste Dorf Dechsel, am 3. März 1345.

Ludowicus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio — Discretis viris consulibus et vniuersitati ciuitatis noue Landspergk, fidelibus sincere sibi dilectis, gratiam suam et omne bonum. De eo, quod grauia et intolerabilia periculorum dispendia, que per ignis voraginem nouiter estis perpessi, vobis vestreque ciuitati predicte in refusionem seu restaurationem damnorum, in que occasione huiusmodi voraginis incidistis, de mera nostra liberalitate aream siue locum ville Dessen iam deserte damus, donamus et tenore presentium appropriamus cum omni iure liberaliter, videlicet agris, pratis, pascuis, lignis, rubetis, aquis et paludibus dicte ville ex debito iure et antiqua consuetudine pertinentibus, nec non cum singulis et vniuersis suis pertinentiis, quocunque nomine nuncupantur, perpetuis temporibus pacifice pertinendis. Renunciantes omni iuri actionique, quod vel que nobis, nostris heredibus et successoribus in sepedicta villa competunt ac competere poterunt aliqualiter in futuro. Si quoque cuique in eadem quidpiam impetitionis seu actionis competeret, id ipsum componere debebimus secundum iuris exigentiam vel amoris. In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Testes vero sunt strenui viri Albertus de Wolueshagen, Hele, Marschalcus, Alemanus de Degenbergk, milites, Hasso senior de Wedel, Gerke Wolff cum ceteris pluribus fidedignis. Actum et Datum Tancko, Anno domini M°. CCCXLV., feria quinta ante Letare.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. XVI.

XXVIII. Kaiser Karl IV. bestätigt dem Kloster Colbatz alle seine Besitzungen, am 7. Oktober 1345.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis feliciter amen. Karolus quartus, diuina fauente clementia Romanorum Imperator, semper Augustus et Bohemie Rex, ad perpetuam rei memoriam — religiosi abbas et conuentus monasterii in Colbas, ordinis Cistercienſis, Caminenſis diocesis, deuoti nostri dilecti, majestati nostre humiliter supplicarunt, quatenus ipsis vniuersa priuilegia, jura, libertates et gratias, immunitates, donationes et possessiones ac vniuersa et singula bona, que ipsi ex donatione aut largitione principum et quorumcunque dominorum habere, tenere et possidere noscuntur ad presens vel fortasse obtinere poterunt concedente domino in futurum, sub distinctis locorum et bonorum nominibus approbare, ratificare et confirmare de innata nobis benignitatis clementia dignaremur. Nos vero predictorum abbatis et conuentus preclare deuocionis insignia et inmote fidei constantiam, quibus ipsi apud majestatis nostre excellentiam commendati existunt, limpidius intuentes, supplicationibus ipsorum benignius inclinati, Omnia jura, priuilegia, libertates, emunitates, possessiones, donationes et gracias ac vniuersa et singula bona, cujuscunque conditionis et situs existant, que vel etiam ipsi ex donatione seu largitione principum aut aliorum quorumcunque dominorum habere, tenere et possidere noscuntur ad presens: signanter tamen et specialiter bona, que ab ipsis ex donatione illustrium principum et Ducum Pomeranorum, videlicet Bugizlai senioris et Bugizlai junioris, nec non Wartizlai, Cazemari, Suantobori ac Barnym senioris et Ottonis, filii ipsius, ac Barnym, filii ejusdem Ottonis, Ducum Stetinenſium, Pomeranorum, Slauorum et Cassuborum, peruenisse noscuntur, utputa locum Colbas, in quo dictum eorum monasterium fundatum est, Opidum Dam, molendina ibidem et mericam, que Golnow nuncupatur, molendina prope opidum Gardis cum omnibus suis pertinentiis, Ladebo, Dambne, Muggendorp, Nienmarkt cum libero foro, Valkenberg, Babyn, Wardenberg, Belitz, Woltersdorp, Boryn, paruam Schoneuelt, Slauicalem Melne, Berticow, Stekelyn, Wirow, Woltin cum libero foro Garden, Sillizlaw, paruam Haghen, Witstok, Clebow, Clütz, ambas villas Brünneken, Glyn, Bynow, Colow, Hoykendorp, Bucholt, Molenbeke, Doberpul, Jezeriz, villam Belcow et curiam Recow, villam Recow, Zelow, Coblank et paludem Strazene, Werben et octoginta marcarum redditus Brandenburgenſis monete in Piritz, magnam Schonuelt, Brodis, molendinum prope Brodis, Prilop, Sabas, Carcik, Trebene cum foro libero, Dolitz, Sandow, Hoghenwolde, Schonewerder, Doberpul, Warsin, Luzcow, Riscow, magnam et paruam Horst, Et in terra Colbergenſi villam Cutsin et redditus salis in Colberg, villam Gogolow in terra Stetinenſi et duas curias cum libertatibus suis, quarum vna est in opido Stetinenſi et altera in vico ibidem prope clausstrum monialium, et curiam in opido Griphenhaghen cum libertatibus suis et liberam piscaturam in stagno Dambe et molendina prope opidum Demyn et liberam potestatem piscandi in recenti mari cum vna sagena; Nec non donationem illustris quondam Alberti, marchionis Brandeburgenſis, in Creuedesdorp, Lascow, curiam Creuedesdorp, Loppow, Genyn, Pirene, Liuenow, Czasleuesdorp, Cornow, Niendorp, Hoghenwolde et alia queuis bona, prout justo tytulo adepti sunt et que juste adipisci poterunt concedente domino in futurum, predictis abbati et conuentui ac eorum monasterio appropriamus et de conswete benignitatis clementia confirmamus. Nulli ergo hominum liceat hanc nostre approbationis, ratificationis et con-

firmationis paginam infringere aut ei aliquo ausu temerario contraire, sub pena quinquaginta librarum puri auri, quam se incurrisse cognoscat post grauem indignationem nostram, quarum medietatem fisco nostro Imperiali, residuam vero partem injuriam passorum vsibus decreuimus applicari.

Signum Serenissimi principis et domini, domini Karoli, Romanorum imperatoris, inuictissimi et gloriosissimi Bohemie Regis.

Testes hujus rei sunt Illustris Rudolfus senior, Saxonie Dux, sacri Imperii Archimarscalcus, et venerabilis Arnestus, Archiepiscopus Pragensis, Johannes Argentinensis, Fredericus Ratisponensis, Johannes Olomucensis, Theodoricus Mindensis, Episcopi, nec non Illustres Rodolfus junior, Saxonie, Primzko Tesschinensis, Johannes Opauiensis et Bosco Falkenbergenses Duces et alii quam plures, presentium sub Imperialis nostri sigilli testimonio litterarum. Datum Prage, anno domini M. CCCXLV., Indictione VIII, non. Octobris, regnorum nostrorum anno decimo, Imperii vero primo.

Nach einer Abschrift in der von Dreger'schen handschriftl. Sammlung.

XXIX. Markgraf Ludwig vereignet der Stadt Neu-Landsberg die Pacht von 12 Hufen in Wendisch Zechow, am 21. Dezember 1345.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. discretis viris consulibus et universitati civitatis nostre nove Landsperg presentibus et futuris, fidelibus nostris dilectis, appropriavimus et appropriare decrevimus per presentes pactum XII mansorum, sitorum in Slavicali villa Zechove, cum singulis pertinenciis, ad dictum pactum rite pertinentibus, eo jure, forma et condicione, quibus dictum pactum cum suis pertinenciis Ulricus, quondam rector molendinorum in Prinzla, a nobis in pheodo tenuit hactenus, in antea sub vero appropriacionis titulo perpetuis temporibus sine inquietacione qualibet pertinendum. Renunciantes etc. In cujus etc. testes Burggravius, Mutner, Wolfsteiner, Hele, magister coquine. Actum et Datum Berlyn, anno MCCCXLV, feria IV ante nativitatem Christi.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 312. Nach einem Copialbuche waren es 13 Hufen.

XXX. Markgraf Ludwig verpfändet der Stadt Berlin seine Hebungen aus den Städten Neu-Landsberg, Morin, Schönflies und Lippehne, am 5. Januar 1347.

Noverint vniuersi tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludovicus, Brandenburgensis et Lusacie marchio, Comes Palatinus Rheni, Bavarie et Karinthie Dux, Sacri Romani

imperii Archicamerarius, Tyrolis et goricie Comes, obligamur et tenemur Prudentibus viris Conſulibus civitatum Berlin et Cölne, fidelibus noſtris dilectis, in centum marcis argenti Brandenburgenſis nobis in parato benevole mutuatis, quas ipſis de exactione terre marchie, ad ſupplendum defectum in novem milibus marcarum argenti communiter impoſita, nobis ad huc deficientem deputavimus vel ſaltem de penſionibus civitatum transoderanis, videlicet nove Landsberg, Schönenfliet, Morin et Lyppen, ſuper feſto beate Walburgis proxime venientis nobis debendis, percipiendas et preſentibus deputamus. Si vero prenotatis noſtris fidelibus in premiſſarum duarum partium vel altera eciam perceptione, obſtaculum, defectus ſeu impedimentum in toto vel in parte quomodolibet eveniret, hunc defectum Guntherus Comes in Schwartzburg, Johannes de Hauſen, curie noſtre magiſter, et Albertus de Wolfſtein, noſtri fideles, ipſis debebunt et tenebuntur, ſine ipſorum conſulum prejudicio et damno rationabili, noſtri nomine reſtaurare. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum. Datum in Berlin, anno domini M° CCC° XLVII°, in vigilia Epiphanie.

Fidicin IV, 32.

XXXI. Nicolaus von Jagow überläßt dem Bürger Heinrich Bulen die Honigbeuthen in einem gewiſſen Bereich ſeiner Beſitzungen, am 15. Februar 1347.

Ad uniuerſorum et ſingulorum Chriſti fidelium notitiam, quibus exhibitum fuerit preſens ſcriptum, ego Nicolaus, dictus de Jagou, famulus, cupio lucidius peruenire proteſtando, quod rite et rationabiliter contuli et preſentibus confero diſcreto viro Henrico, dicto Bulen, ſuisque legitimis et veris heredibus omnia mellificia incluſa in bonis et diſtinctionibus meorum bonorum dictorum Sommerlate uſque ad terminos bonorum Glinik et Trebeſitz et uſque ad paludem, in quam fluuius dictus Cronitz fluit, et omnia mellificia, que in dictis terminis facere poterint in poſterum, pro ſuis commodis libere et hereditarie absque omni impedimento poſſidenda, et cuicunque, ſi placuerit, pro legitima hereditate vendenda. In cujus teſtimonium ſigillum meum preſentibus eſt appenſum. Datum anno domini M°. CCC°. XLVII°., feria quinta ante Dominicam Inuocauit.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. XVII.

XXXII. Markgraf Ludwig belehnt Henning und Arnold von Uchtenhagen mit Legsdorf bei Neu-Landsberg, am 14. Oktober 1347.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. contulimus et presentibus conferimus strenuis viris Henningo et Arnoldo, fratribus, dictis de Vchtenhagen, fidelibus nostris dilectis, ipsorumque veris et legitimis heredibus precariam cum servicio curruum ville Legstorp, prope civitatem nostram Landsberg novam site, cum omnibus juribus, graciis, commodis et honoribus, quibus precariam et servicium premissum huc usque tenuimus et possidemus, in antea perpetuis temporibus sine inquietacione qualibet quiete et pacifice possidendam. In cujus etc. testes Lochen, Wedel senior, Brederlow, Rochowe, Bredow cum ceteris. Datum Berlin, Anno MCCCXLII, dominica ante Galli.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 98.

XXXIII. Markgraf Ludwig belehnt Heinrich und Peter von Rakow zu Neu-Landsberg mit Mühlpächten bei der Stadt, am 27. Mai 1348.

Nouerint etc. quod nos etc. contulimus etc. discretis viris Hinrico et Petro, fratribus, dictis de Rakow, ciuitatis nostre noue landesbergh ciuibus, fidelibus nostris dilectis, ipsorumque etc. IIII^{or} choros siliginis annuatim pactus, sitos in molendino proxime dicte ciuitati adiacente, cum omni jure, gracia, commodo et honore, quibus progenitor ipsorum et ipsi dicti fratres Hinricus et Petrus eosdem IIII choros hactenus possederunt et nostras literas desuper confectas habuerunt, quas quidem litteras occasione XIIII frustorum, eisdem insertorum, consulibus in Soldin venditorum, presentarunt, in antea pacifice seu quiete sine impedimento quolibet perpetue possidendos. In cuius — testes Lochen, capitaneus, Hasso senior, Brederlow, H. de Wolkow, milites, Nicolaus de Wolkow, Busso de Redern et Gruelhuth. Datum Bysdal, Anno M° CCC° XLVIII°, feria tercia ante ascensionem.

Aus der von Hackwitz'schen Sammlung.

XXXIV. Markgraf Ludwig belehnt Heinrich und Peter von Rakow mit dem vierten Theile des Gerichtes zu Neu-Landsberg, welchen der Schulze Konekin beſeſſen, am 24. Juni 1348.

Nouerint etc. quod nos etc. contulimus et preſentibus conferimus diſcretis viris Hen. et petro, fratribus, dictis de Rakow, ciuitatis noſtre Landeſberg ciuibus, fidelibus noſtris dilectis, quartam partem judicii ciuitatis noſtre pretacte cum ſingulis et vniuerſis pertinenciis, eidem parti de jure uel ex debito pertinentibus, ſub modis, formis, juribus, fructibus, commodis et honoribus, quibus prenotatam partem judicii diſcretus vir konekinus, ſchultetus noſter ibidem, hactenus tenuit, poſſedit, in antea debito pheudi titulo perpetuis temporibus ab nobis ſine inquietacione qualibet quiete et pacifice poſſidendam. In cuius etc. Datum in noua Landeſberg, Anno M° CCC° XLVIII°, feria III infra octauas Corporis criſti.

Aus Hackwitz'ſcher Abſchrift.

XXXV. Markgraf Ludwig ermäßigt die von der Stadt Neu-Landsberg zu leiſtende Urbede, am 26. September 1348.

Nos Ludovicus etc. coram vniuerſis preſentibus et futuris, ad quos preſentes peruenerint, profitemur, quod diſcreti viri conſules et vniuerſi ciuitatis noſtre noue landeſberg ciues, preſentes et qui pro tempore fuerint, fideles noſtri dilecti, in vera ſeu debita penſione ſua annua, quam ſuorum meritorum conſideracione partem relaxamus per preſentes XX marcarum Brandenb., duobus ſolucionis terminis, videlicet in feſto Martini XXXV marcas et in feſto beate valburgis XXXV marcas, ſingulis annis deinceps ſuccedentibus debebunt nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris in antea perpetuis temporibus erogare, ſoluere ſeu dare. In cuius — Teſtes ut ſupra. Datum Arnſwold, feria ſexta ante Michahelis.

Aus den Dickmann'ſchen und Hackwitz'ſchen Sammlungen.

XXXVI. Markgraf Ludwig überläßt der Stadt Neu-Landsberg zum Wiederaufbau nach dem Brande und zum Erſatz für die beſeſſene Holzniederlage ſeinen Zoll vom Holz daſelbſt, am 27. September 1348.

Noverint univerſi tenorem preſentium inſpecturi, quod nos Ludovicus, Dei gracia Brandenburgenſis et Luſatie Marchio, Comes Palatinus Reni, Bavarie et Karinthie dux, ſacri

Romani Imperii Archicamerarius, Tirolys et Goricie Comes. Desolationem et perniciem Civitatis nostre nove Landesperg considerantes, quas per ignis voraginem pertulit, ut novimus evidenter, pensantes id etiam, quod ipsam quondam per privationem sue depositionis lignorum, que vulgariter dicitur up wasschen holt, quam habebant antiquitus, oneravimus satis multum, qua restituta, et ne per huiusmodi deinceps a nobis pregraventur, eidem Civitati nostre conferimus, damus et donamus in refusionem depositionis ablationis predicte et ut civitatem melius munire valeant, integrum theloneum nostrum, ibidem Situm, cum singulis suis pertinenciis, juribus et honoribus, ad idem theloneum Spectantibus ex debito vel ex jure, ipsi civitati justo proprietatis titulo perpetuis temporibus pacifice pertinendum, Sic quod de lignis brevibus in Zantok integrum theloneum dantibus apud se in predicta Civitate Consules presentes et futuri medietatem et de longis lignis Structure seu edificature aptis integrum Theloneum recipere poterunt et debent, inpedimento nostri, heredum ac Officiatorum nostrorum quorumlibet quiescente. Renunciantes pro nobis et heredibus nostris omni juri, actioni ac impetitioni, que nobis in premisso theloneo competunt vel competere poterunt aliqualiter in futurum. In cujus rei testimonium presentes dari fecimus sigilli nostri munimine firmiter communitas. Testes vero hujus sunt strenui viri Hasso senior de Wedel, Albertus de Wolfstein, Bethkinus de Ost, Hasso de Valkinburch, Thylo Breyderlo, Milites, et Henning de Vchtenhayn cum ceteris pluribus fide dignis. Datum in Arnswalde, Anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo octavo, feria sexta ante festum Beati Michaelis Archangeli.

Aus der Gundling'schen Urkunden-Sammlung Mspt. III, 2. S. 129. Buchholtz V, 72.

XXXVII. Markgraf Ludwig der Römer gelobt der Stadt Neu-Landsberg, sie wegen der Gelübde, die sie seinetwegen den Städten Königsberg, Soldin, Schönfließ und Lippehne gethan hat, schadlos zu halten, am 6. August 1349.

Wir Ludewig etc., genant die Romer, bekennen apenbar met dessem brefe, vmb det gelovende, dat die beschedene lude, die rathmanne der stadt zu Landsbergk, vor vns vnd van vnserntwegen gedan hebben den beschedenen luden, den rathmannen der stede Koningspergk, Soldin, Schonfliet vnndt Lippen, diesuluen deyding stedte thu holten, die wir en verschriuen vndt verbriuet hebben, dat wy sy desz geloudes schadlosz halten schölenn, vndt schollen die daran bewahren kegen allermenlich vndt tu allen thyden ane argelist. Darouer etc. Tu vrkunde hebben wie en deszen bref gegeuen besiegeldt met vnsen insiegeln, die gegeuen isz tu Soldin, na Gades geburt dusent iar dryhundert iar vndt in dem negenden vnd viertigsten iare, an Donnerstag vor Laurencii.

Aus der Dickmann'schen Sammlung im Königl. Geh. Staatsarchive zu Berlin.

XXXVIII. Markgraf Ludwig gewährt der Stadt Neu-Landsberg, welche für ihn dem Könige von Dänemark und dem Herzoge von Sachsen Zahlungen geleistet hat, eine weitere Herabsetzung der Urbede, am 6. Dezember 1349.

Nouerint etc. quod nos etc. in refusionem quitacionis pignoris Swagero nostro Domino Woldemaro, regi danorum, auunculo nostro duci Erico Saxonie et nobis pro nunc in ciuitate nostra noue Landesberg per discretos viros consules eiusdem ciuitatis, fideles nostros, beniuole facte, condescendimus et presentibus condescendere decreuimus pretactis consulibus presentibus et futuris in XVIII marcas argenti Brandenburgensis pensionis sue annue nobis hactenus duobus anni terminis datas, sic quod ipsos deinceps perpetuis temporibus singulis annis de eisdem XVIII marcis argenti sine qualibet nostri, heredum, officiatorum et aduocatorum nostrorum, presencium et futurorum quorumlibet, exigencia liberos quitare volumus et omnimodo supportatos. In cuius etc. Testes Swartzeburg, Lochen, Hen. de Vchtenhagen, Hen. de Wedel, Bombrecht, G. Wulff et Jo. de Wedel. Datum in Soldin, Anno M° CCC° XLIX°, die sancti Nicolai.

Aus der v. Hackwitz'schen Sammlung.

XXXIX. Markgraf Ludwig gestattet den Einwohnern Neu-Landsbergs, ohne Zollentrichtung Heringe von Stettin einzuführen, am 1. Januar 1350.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. considerantes fidelia obsequia, nobis per discretos viros consules civitatis nostre Landesberg, fideles nostros, hactenus exhibita et in posterum nobis et heredibus nostris fidelius exhibenda, ipsis et ipsius civitatis incolis corporali residencia seu realiter civibus ibidem existentibus presentibus et futuris graciam fecimus singularem, sic quod allecia per terras nostras infra civitatem Stettin usque in civitatem nostram pretactam nove Landesberg in curribus ducere potuerint singulis annis, sine cujuslibet theolonii dacione, eciam sine nostri, heredum, officiatorum et advocatorum nostrorum presencium et futurorum quorumlibet obstaculo, quociens ipsis fuerit opportunum. In cujus etc. Testes Swartzburg, Hasso senior et Hasso de Valkenburg, Henricus T. Vchtenhagen, Ost, milites, Johannes de Wedele. Datum in Noua Landsberg, die circumcisionis domini, Anno etc. MCCCL.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 238 und der v. Hackwitz'schen Sammlung.

XL. Markgraf Ludwig vereignet eine Hebung aus dem Hufenzinse Neu-Landsberg's für einen in der Pfarrkirche der Stadt zu errichtenden Elenden-Altar, am 1. Januar 1350.

Nouerint etc. quod nos etc. ad instantem requisicionem discreti viri konekini Santoch, ciuitatis nostre noue landesberg ciuis, appropriauimus et appropriare decreuimus octo solidos nouorum denariorum in censu mansorum ciuitatis nostre premisse sitorum, singulis annis in festo beati Martini deriuandorum, altari in ecclesia parrochiali ciuitatis pretacte pro commemoracione exulum animarum dedicando, solempni renunciacione pro nobis, heredibus et successoribus nostris adhibita, perpetuis temporibus sine inquietacione qualibet percipiendos. In cuius etc. Testes — datum vt supra (Noua Landesberg, Anno L°, die circumcisionis domini).

Aus v. Hackwitz'scher Abschrift.

XLI. Markgraf Ludwig verschreibt dem Rath Neu-Landsberg's den Anfall von 10 Fl. aus dem Hufenzinse der Stadt, am 1. Januar 1350.

Nouerint etc. quod nos etc. intuitis et consideratis meritis et fidelibus obsequiis, nobis per fideles nostros dilectos, consules ciuitatis nostre Noue landesbergh, exhibitis, eisdem et vniuersis ciuibus eiusdem presentibus et futuris damus et donauimus per presentes deuolucionem X florenorum reddituum annuorum, sitorum in censu mansorum ibidem, quibus renunciauimus solempniter, sic quod ad ipsos et ad dictam ciuitatem perpetuis temporibus justo perpetuitatis titulo pertinere (debent). In cuius etc. Datum vt supra (Nova Landesberg, Anno L°, die circumcisionis domini).

Aus der v. Hackwitz'schen Sammlung.

XLII. Markgraf Ludwig befreiet die Stadt Neu-Landsberg wegen erlittenen Brandes auf 5 Jahre von allen Abgaben und Leistungen, am 29. Mai 1350.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. discretorum virorum consulum et vniuersorum ciuitatis nostre noue landesberg ciuium, grandem concernentes inopiam, deuastacionem et desolacionem ciuitatis predicte, quam uel quos per ignis voraginem nouiter sunt perpessi, eisdem consulibus et vniuersis ciuibus predictis de mera mentis nostre beniuolencia maturaque deliberacione no-

ſtrorum conſiliorum prehabita, ob id, quod porte, propugnacula ceteraque ipſius ciuitatis munimenta cicius reformentur et eciam eius pauperies, in quam occaſione premiſſe voraginis inciderint, releuetur, talem graciam fecimus per preſentes, quod ipſos et ciuitatem preſatam ab annua penſione, ipſis a ſeruiciis et honoribus quibuſcunque, nec non a qualibet donacione alia quacunque per quinquennium ſeu quinque annos a data preſencium continue ſuccedentes ſupportamus et habere volumus ſupportatos, ipſam ciuitatem in hunc modum, vt premittitur, libertantes. In cuius etc. Teſtes Hen. de Vchtenhagen, Oſt, Jo. de Wedel, Morner, prothonotarius, Kune Hockmann ſenior cum ceteris. Datum Morin, Anno M° CCC° L°, Sabbato infra octauas corporis criſti.

Aus der v. Hackwitz'ſchen Sammlung.

XLIII. Markgraf Ludwig verſpricht dem Hofmeiſter zu Creveſtorf beim Holz- und Kohlenverkauf den Beiſtand ſeiner Forſtbedienten, am 7. Oktober 1351.

Nouerint vniuerſi tenorem preſencium inſpecturi, quod nos Ludovicus, dei gracia etc., religioſis viris magiſtro curie in Creueſtorph preſenti et qui pro tempore fuerit, necnon fratribus ibidem deo ſeruientibus ordinis Ciſtercienſis Caminenſis dyocefis, deuotis nobis dilectis, talem graciam facimus per preſentes, quod cum ligna qualiacunque ſeu carbones de mericis, lignetis uel rubetis ſuis vendiderint, aut per ſuos ſubſides ad ciuitates, opida, villas et loca ipſis conueniencia duci procurauerint uel per ſe ducere decreuerint noſtris viis et ſtratis per noſtra nemora, ſiluas et campos noſtros dirigentibus in premiſſis ducendis frui debeant et gaudere ſine impedimento Lucariorum ſeu cuſtodum nemorum noſtrorum uel famulorum eorundem cuſtodum eciam quorumcunque. Mandantes officiatis noſtris quibuscunque et mericarum noſtrarum cuſtodibus preſentibus et futuris noſtre gracie ſub optentu, ne contra preſentem graciam noſtram in perpetuum quidquam faciant ſeu facere quomodolibet audeant uel preſumant, ſed noſtri nomine quoslibet ipſorum fratrum ligna uel carbones ducentes per noſtras vias et ſtratas vndique transire ſinant pacifice et quiete. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum in noua Berlyn, Anno domini Milleſimo Tricenteſimo Quinquageſimo primo, feria ſexta proxima poſt diem beati franciſci confeſſoris.

Nach dem Originale des Geh. Staatsarchives.

XLIV. Markgraf Ludwig der Römer genehmigt die Verpfändung seines Dorfes Ratzdorf an die Stadt Neu-Landsberg, am 24. September 1352.

Nos Ludovicus Romanus etc. recognoſcimus, cum ſtrenuus vir fidelis noſter Haſſo Ruffus de Wedel in noſtra preſencia conſtitutus oretenus informat, quod villam noſtram Ratzſtorff pro C et L marcis vinkonenſium fidelibus noſtris dilectis conſulibus in Landesberg quouſque de dicta pecunia ſumma eisdem integraliter fuerit ſatisfactum, rite et rationabiliter pignoris nomine obligaverit, quod nos dicte ville noſtre obligacionem per dictum de Wedel, prout nobis retulit, ſic factam, gratam et ratam habere volumus et preſentibus approbamus, ſic tamen, cum de eisdem ville noſtre proventibus de premiſſis C et L marcis integraliter, ut premittitur, dictis conſulibus fuerit ſatisfactum, quod tunc ſepedicta villa ſine qualibet ipſorum contradictione, ad nos velut antea libera et ſoluta devolvatur. In cujus etc. preſentibus G. junior de Swartzburg, Haſſo de Valkenburg, Haſſo de Vchtenhagen, Henricus de Wedel, Langvelder, milites, Johannes de Wedel, Henricus Wiltperg cum ceteris. Datum Dramburg, Anno domini MCCCLII, feria II poſt Mathei.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 284.

XLV. Markgraf Ludwig der Römer verpfändet der Stadt Neu-Landsberg ſeine dortige Wieſe, am 6. Dezember 1352.

Wiſſen ſullen etc., daſs wie Ludewig die Romer etc. den Beſcheyden luten den Rahtmannen vnſer ſtadt zu Nüwen Landiſperg gelaten hebben vnd lathen ouch met diſſem Briue vnſe weſze etc. vor funfzig punth vynkenogen, der wie en ſchuldich ſien vnd gelden ſullen, alzo daz ſie dieſelbe vnſere weſze alzo lange inne haben, halden vnd nytzen ſullen met allen rechten, nutzen vnd tobehorunghen, die darzu van aldir gehort haben, biſz wie eder vnſe erbenn ſie des vorgnanten geldes verricht vnd gewert gar vnd gentzlich. Wer ouch, daz der horker bowiſzen mocht, dat etlich recht hette vp derſelben weſe, noch danne ſollen ſie vnſere vorgenannte rahtmanne inne haben vnd nützen, als vff ſchreiben ſteith, byſz ſie eres geldes gentzlich botalet vnd entricht worden. In cujus etc. preſentibus Schwartzburg, Kothbuſz, Oſt, Lotterpek, Morner. Datum Tankow, Anno MCCCLII, in die beati Nicolai epiſcopi et confeſſoris.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 95.

XLVI. Heinrich von Brederlow, der das Schloß Zantoch gekauft und dem Markgrafen abgetreten hat, bekundet, dafür wiederkäuflich die Hoheheide bei Königsberg empfangen zu haben, am 14. August 1353.

Coram omnibus singulis christi fidelibus presencium noticiam habituris Ego Henricus, dictus de Brederlow, nomine meo, meorum heredum omniumque meorum amicorum, quorum interest vel interesse poterit, publice recognosco, quatenus gracia salubri et favore inclitus princeps, generosus meus dominus, Ludovicus Romanus, marchio Brandenburgensis, michi meisque veris heredibus et amicis contulit mericam prope Konigesberg, que vocatur de hogeheyde, pro septuaginta marcis et XII marcis argenti puri, cum quibus pater meus bone memorie et ego emimus castrum Czantoch, quod dicto meo domino presentaui in verum et legitimum pheudum perpetue possidendum pacifice cum omni jure, omnibus fructibus debitis et consuetis et ut litere ejusdem domini mei Ludovici, Marchionis Brandenburgensis, super ipsam mericam date et tradite, probant et attestantur. Actu ipsi domino meo Ludovico Romano suisque fratribus et heredibus maturo cum consilio et consensu sufficienti meorum amicorum arbitrium, auctoritatem et potestatem talem dedi et do libere in presenti, si predictam mericam a me meisque successoribus recomparare vel reemere voluerit per pecuniam prius dictam reemendo ipsam mericam, quandocunque ipsis placuerit, habeat liberam facultatem. In cujus etc. Datum Nürenberg, anno MCCC LIII, in vigilia assumpcionis marie virginis.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 174.

XLVII. Markgraf Ludwig d. R. vereignet dem Marienaltar der Pfarrkirche Neu-Landsberg's Bede und Dienste von 4 Hufen zu Lorenzdorf, am 28. Mai 1354.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. divine remunerationis intuitu damus et solempni donatione donamus precariam denariorum, frumenti et carnium cum servicio curruum super IIII mansis, in villa lorentzstorp sitis, ad altare beate marie virginis in ecclesia parochiali opidi nostre nove Landesberg situatum, in quo prima missa dietim consueta debet celebrari tempore matutino, sic quod premissa precaria et servicium curruum super dictis IV mansis cum omni jure, gracia, utilitate, commodo et honore, ad eam precariam et servicium curruum pertinentibus ex debito, consuetudine et ex jure, debebunt ad prefatum altare justo proprietatis titulo pertinere pacifice et quiete temporum curibus sempiternis. Renunctiantes etc. presentibus Kokeritz, Wanthsleve, Alvensleve, Trutenberg, militibus, Johanne de Wedel, Bismarke. Datum Konnigesberg, Anno MCCCLIIII, feria quarta in octava ascensionis domini.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 173.

XLVIII. Markgraf Ludwig der Römer vereignet der Marienkirche zu Neu-Landsberg 4 Hufen in Lorenzdorf zur Stiftung einer ewig brennenden Lampe, am 1. Juli 1361.

Noverint univerſi, Quod nos Ludovicus Romanus etc. noſtro et illuſtris principis Ottonis, Marchionis brandenburgenſis, fratris noſtri Kariſſimi, nomine, ob jugem et perhennem animarum magnificorum principum marchionum brandenburgenſium, predeceſſorum noſtrorum pie recordacionis, noſtre, heredum ac ſucceſſorum noſtrorum memoriam ſalutarem dedimus, damus preſentibus et donamus diſcretis viris proviſoribus eccleſie parochialis ſancte marie civitatis noſtre nove Landesberg, qui nunc ſunt aut pro tempore fuerint, proprietatem quatuor manſorum in villa Laurentczdorp et in diſtrictu ejusdem ville ſitorum, qui manſi ſolvunt et dant XI marcas et IIII ſolidos denariorum vinkonenſium annuatim, cum quibus redditibus dicti proviſores debent unam lampadem ſive unum lumen ante corpus dominicum habendum comparare, quos quidem manſos et redditus dicti proviſores a ſtrenuis viris Ebellino et Ottone, fratribus, dictis horcker, fidelibus noſtris dilectis, ſua pecunia compararunt, Sic quod dicti manſi et redditus prenotati, cum omnibus juribus, graciis, commodis et honoribus, quibus dicti Horcker ipſos habuerunt, ad dictum lumen perpetuis temporibus juſto proprietatis titulo debeant pertinere. Renunciantes etc. In cujus etc. preſentibus Ludowico de wedel, Henningo de Uchtenhagen, Haſſone de Valkenberg, Dobirgaſt, militibus, et Ottone morner etc. Datum Tanckow, Anno MCCCLXI, in octavo die ſancti Johannis Baptiſte.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 71.

XLIX. Markgraf Ludwig d. R. vereignet der Stadt Neu-Landsberg Dienſte und Bede von 20 Hufen in Lorenzdorf, am 3. Juli 1361.

VIII. Der Rath zu Soldin verſchreibt den dortigen Predigermönchen einen Platz zu ein oder zwei Hausbauten, am 14. April 1326.

In nomine patris et filii et ſancti ſpiritus. Cum ea, que male pullulare poſſunt, equum eſt in principio exſtirpare radicitus, vt non creſcant peius; Inde eſt, quod nos conſules ciuitatis Soldinenſis, prouidendo indempnitatibus fratrum ordinis predicatorum nobiſcum reſidencium parte ex vna et dubiis ciuium noſtrorum forſan in futurum emergendis, parte ex altera induſtria debita precauendo, tenore preſencium proteſtamur, quod area, que ex oppoſito cimiterii fratrum eorundem ſita eſt in parte ſeptemtrionali, habens in longitudine virgales menſuras ſeptem, in latitudine quatuor et dimidiam ad ipſos hereditarie pertinet ac pertinebit in perpetuum, ſeruatis nichilominus condicionibus infraſcriptis: Dicti fratres in ipſa area edificabunt vnam domum ſeu duas, ſicut eis oportunum viſum fuerit, pro qua uel pro quibus ipſi fratres ſeu inhabitatores domus uel domorum ſolum vnius domus jura ciuilia facere tenebuntur, Excepto quod predicti fratres exactionem pro ſuprapoſita area facient integra de XXIIII talentis brandenburgenſis monete, nec non poſſeſſores aree de omnibus, que hereditarie poſſident, ſimiliter collectam dabunt, ſicut ceteri ciues noſtri. In huius rei teſtimonium Sigillum noſtre ciuitatis duximus preſentibus apponendum. Teſtes huius euidencie ſunt hynricus baurus, Johannes maſſin, Rudolfus ſciltberch, hynricus monaghus, Eghardus, Johannes ſchilt, arnoldus faber, Johannes Lunenborch, Johannes benedict, Con. ſcogkov, conſules ciuitatis. Datum anno domini M° CCC° XXVI°, XVIII° Kal. maij.

Nach dem Originale im Beſitz der Stadt Soldin.

IX. Der Rath zu Soldin ſtiftet eine Elendengilde, am 12. Oktober 1326.

In nomine domini amen. Que geruntur a viris prudentibus, ne aliquibus poſſint calumpniis attemptari, litterarum ſolent teſtimonio perhennari. In cognicionem ergo preſencium et memoriam perveniat futurorum, Quod nos conſules ciuitatis Soldynenſis ex matura deliberacione, vnanimi quoque conſenſu noſtrorum ciuium, felicem attendentes commutacionem eſſe temporalium in eterna, de bonis temporalibus, que nobis deus contulit, hic in terris eternum nobis fructum in celis decreuimus providere ob ſpem illius retribucionis, que promittit celeſtia pro terrenis. Hac igitur racione commoniti pro ſuffragio omnium animarum advenarum et ampliacione diuini cultus et pro remedio animarum omnium parentum noſtrorum et pro ſalute propria vxorum quoque noſtrarum, dictauimus, Excogitauimus, adinuenimus et ordinauimus fraternitatem advenarum, In honorem dei et matris ſue glorioſe, a qua emanauit plenitudo totius gracie et ſalutis auxiliante nobis gracia ſpiritus ſeptiformis, Subſcriptis tamen condicionibus obſervandis, vt omnium animarum advenarum et omnium in dicta fraternitate exiſtencium et in ipſa moriencium in altari advenarum parochialis eccleſie ſoldynenſis, a vicario eiuſdem altaris, Infra miſſarum ſollempnia habeatur memoria ſempiterna. Omnes eciam hanc fraternitatem affectantes et ſibi ipſam comparare volentes et in eadem exiſtere ac ſtare cupientes pro duobus modiis brazei, videlicet vno triticeo et reliquo modio ordeaceo et duobus ſolidis brandenburgenſium denariorum et cum vno talento cere ipſam ſibi procurabunt. Item fratres ſeu proviſores dicte fraternitatis vicario ſeu preſbitero preſcripto altari advenarum deſeruienti, omnibus et ſingulis annis unum talentum brandenburgenſium denariorum erogabunt ex denariis fraternitatis memorate pro ampliacione et melioracione eiuſdem vicarii fructus, et ut dictus presbyter ſeu vicarius altaris prehabiti eo melius et competencius poterit ſuſtentari, cuius quidem talenti idem vicarius medietatem in feſto beatorum apoſtolorum phylippi et jacobi, Reliquam vero partem jn feſto Martini percipiet atque tollet. Propterea prefatus presbyter aut vicarius quicunque etiam fuerit, prenotato altari deſeruiens et miniſtrans, omnibus et ſingulis ſecundis et quartis feriis miſſas decantando pro defunctis obſeruabit et in diebus precedentibus vigilias legendo adinplebit, Et in dictis duabus feriis jnfra miſſarum ſollempnia memoriam publice faciet in altari ſepedicto omnium animarum advenarum et nominatim omnium, qui in ipſa fraternitate obierunt. Item in duobus feſtis prenotatis, videlicet in feſto philippi et jacobi apoſtolorum beatorum et in feſto beati Martini Epiſcopi, ſupradictus presbyter ſeu vicarius, quicumque fuerit jn vigiliis ipſorum feſtorum ante dictum altare advenarum, veſperis dictis et completis cum ſuo ſcolare, vigilias decantabit et in diebus pretactis miſſas pro defunctis celebrabit, Et jnfra miſſarum ſollempnia jn altari ſepe dicto omnium animarum advenarum memoriam publice faciet et omnium jn eadem fraternitate moriencium memoriam et expreſſe, vt ſuperius eſt expreſſum. Eciam ſi fratres eiuſdem fraternitatis advenarum plures ſcolares preſcriptis vigiliis intereſſe voluerint, hos ſuis denariis appreciare tenebuntur. Item addicimus, quod omnes tam viri quam mulieres in prenotata fraternitate exiſtentes infra miſſarum ſollempnia duorum dierum prefixorum in parochiali eccleſia eſſe debeant aut vbicumque fratrum eiuſdem fraternitatis memoria peragetur, donec omnia ibidem facienda integraliter compleantur, ſub pena et emenda trium ſolidorum brandenburgenſium denariorum minus vno denario, niſi racionabilem cauſam ſeu excuſacionem quiſquam habere potuerit abeſſendi aut de iuſſu vel licencia ſuorum magiſtrorum deſuerit ſpeciali. Item quandocunque et quocienſcunque aliquis ex narrata fraternitate viam ingreſſus fuerit carnis vniuerſe, omnes in ipſa fraternitate exiſtentes, tam viri quam

mulieres, eius ſepulture ſub pena VI denariorum intereſſe tenebuntur, niſi rationibus jam ſcriptis abſens ſe poterit expurgare. Item nullus fratrum prefate fraternitatis dicta miſſa et funere ſepulto debet abire, niſi prius audierit, ſi aliqua fuerint facienda aut tractanda ſiue recitanda ſuis a magiſtris, niſi de licencia abierit ſpeciali. Item quocienſcunque et quandocunque congregacio ſeu conuocacio facta fuerit fratrum preſcriptorum et ſi aliquis in ipſa conuocacione ſeu congregacione verbis aut factis exceſſerit, talis exceſſor tres ſolidos brandenburgenſium denariorum minus vno denario erogabit ſuo pro exceſſu. In huius rei evidens teſtimonium et robur perpetuo valiturum Nos conſules ciuitatis ſoldynenſis preſentes litteras conſcribi fecimus et ſigilli jam dicte ciuitatis roborauimus munimento. Actum et Datum Anno domini Milleſimo Trecenteſimo XXVI°, Dominica proxima ante Galli et Iulli confeſſorum beatorum.

Auf der Rückſeite: Iſti fuerunt jnceptores et inventores atque primi dictatores huius fraternitatis advenarum, arnoldus bernſten, arnoldus faber, nycolaus de grüneberg, hen. wildenow et thydericus, notharius ciuitatis, preſentis Editor atque ſcriptor.

Nach dem Originale im Beſitz der Stadt Soldin.

X. Markgraf Ludwig belehnt Heinrich von Bellingen mit Beſitzungen in Gieſenbrügge, am 25. Juni 1333.

Anno domini M. CCC. triceſimo tertio, in craſtino beati Iohannis Baptiſte, in Lippen. Contulimus Heinrico de Bellingen et petro, eius filio, ſex fruſta denariorum et nouem fruſta in Gyſenbruke villa, ſub antiquo iure, quo marchio woldemarus ſibi dicta bona contulit.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).

XI. Markgraf Ludwig belehnt Miniko von Piritz, Heinrich Münch und Eckard von Kirgow mit dem halben Schulzenamt zu Soldin, am 31. Auguſt 1333.

In vigilia beati Egidii Contulimus Minikoni de Piritz, Heinrico dicto Münch, Eckardo de Kirgow et eorum heredibus, ciuibus in Soldin, medietatem officii ſcultetatus ſiue prefecture ciuitatis predicte cum omnibus ſuis pertinentiis, Juribus tamen nobis in eodem competentibus omnimode reſeruatis.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in qu.).

XII. Markgraf Ludwig bestätigt das Domstift Soldin, im Jahre 1334.

Anno M. CCC. XXXIV. Ludowicus etc. Singulis et vniuersis tam presentibus quam futuris, ad quorum notitiam presentes peruenerint, salutis et honoris continuum incrementum et notitiam subscriptorum. Venientes ad nostram presentiam honorabiles viri dominus prepositus et dominus decanus Soldinensis ecclesie canonici nomine ipsorum concanonicorum et capituli nobis, ut ipsis in suis iuribus et libertatibus et emunitatibus ipsis per magnificos Principes marchiones Brandenburgenses felicis recordationis precessores nostros karissimos concessis et indultis conseruare, nichilominus ipsis ipsorum priuilegia per eosdem dominos Marchiones Brandenburgenses, ut premittitur, concessa siue tradita, ex nostre gratie beniuolentia confirmare, ratificare et approbare dignaremur, humiliter et instantissime supplicarunt. Nosque uero, habita prius deliberatione matura, et consilii nostri consilio prouiso, rationabilibus ipsorum petitionibus annuimus et acquieuimus iuxta vota prenotata ipsorum priuilegia diligenti examinatione examinata, sic quod ea prorsus in nullo vitiata fore et omni suspicione carere vidimus et cognouimus, de verbo ad verbum ea singulariter rescribi fecimus, prout sequitur in hac forma. In nomine domini amen: Albertus, dei gracia Marchio Brandenburgensis, omnibus presentem paginam inspecturis in perpetuum. Ille pater familias ante omnia secula deo patri in substantia manens semper equalis, in fine seculorum pro homine factus, vineam suam ecclesiam vniuersam nouo fetu cottidie multiplicat et adauget, cum non solum in ea hora prima tertia atque sexta, verum etiam decima et undecima, per quam finis seculi designatur, operarios mittere non desistit, qui etiam purgatam sentibus peccatorum cum incremento fructus bone operationis de virtute crescere faciant in virtutem et deum in Syon facie ad faciem contemplari. Huius vinee prapagines, nos, qui populum nobis subiectum temporali regimine gubernamus, per nouorum industriam operariorum, qui eam circumfodiant atque putent, extendere cupientes, et pia sollicitudine precauere, ne aper de silua vel singularis ferus eam exterminet vel depascat, in ciuitate nostra Soldin ad honorem dei omnipotentis, eiusque matris Marie virginis gloriose et specialiter beatorum Petri et Pauli apostolorum ipsius ecclesie patronorum, de consensu et consilio venerabilis patris domini Petri, Caminensis ecclesie episcopi, ordinis predicatorum locis dyocesani, fundavimus et instituimus canonicorum et prebendarum numerum duodenum, qui ibidem ecclesiam domino congregatam regant et ei proficiant verbo opere et exemplo, et dominum pro nostris, genitorum et filiorum ac successorum nostrorum omniumque fidelium vivorum et mortuorum excessibus iugiter interpellent. Sane ne propter defectum rerum temporalium huiusmodi canonicis institutis vel pro tempore instituendis seruiendi domino copia subtrahatur, villas subscriptas, videlicet Brunko cum suis limitibus, Wukun cum suis limitibus, scilicet a loco qui Wiltkule dicitur usque in paruum stagnum Wukun et inde usque in magnum Wukun, et inde descendendo per riuulum Bruneke usque in stagnum Citen, et dictorum stagnorum medietas est canonicorum, alia dominorum Marchionum de Vkera. Item villam Prunek cum suis limitibus, scilicet sicut linea siue lira aratro tracta est a Stagno Citen vsque ad campum Speninghe. Item villas Golin, Schoninberghe, Bruche, Staffeld et Mittenwald cum ipsarum limitibus incipiendo a campo Kartzk et descendendo per lineam siue liram aratro tractam vsque in paludem Kuse et inde descendendo per riuulum Kuse vsque in riuum Mitzel et iterum riuum Mitzel ascendendo vsque ad campum Soldin, canonicorum totus est predictorum. Item ex alia parte idem quoque riuus Mitzel a dicto loco, vbi riuulus Kuse in eum incidit, vsque ad cam-

pum Soldin Canonicorum totus est predictorum. Item ex alia parte inter Soldin et Mittelueld effluuio Mittel vsque ad campum Bruche et inde vsque ad campum Retz, et deinde vsque ad campum Nienburg et sic deinceps a campo Nienburg descendendo per distinctiones villarum Schoninberch et Golin vsque in stagnum Ztummoth, et quidquid in dictis villis et ipsarum limitibus predictis continetur, scilicet in agris cultis et incultis, nemoribus, siluis, lignis, pascuis, pratis, stagnis, riuis et riuulis, molendinis, edificatis vel edificandis —.

Hier ist das Dokument in dem Codex des Geh. Staatsarchives, worin dasselbe erhalten ist (I. Cod. 4 in qu.), abgebrochen. Zu vgl. oben Nr. III.

XIII. Das Kapitel zu Soldin bekundet dem Markgrafen Ludwig und seiner Gemahlin Margarethe, für die Pfarren zu Lippehne, Friedeberg, Woldenberg und Warnitz die Theilnahme an seinen guten Werken zugesichert und sein Wahlrecht aufgegeben zu haben, am 24. Juni 1335.

In nomine domini Amen. Ordo rationis et equitatis expostulat in hiis, que stipendia ad cultum diuinum augmentandum et in suo robore firmitatis conseruandum largiti fuerint karitatiua temporalia perhennis felicis memorie et specialis gratiarum actionis debita exhibeantur et retribuantur premia meritorum. Nos itaque Lupoldus, prepositus, Ditericus de prescel, decanus, totumque cupitulum ecclesie Soldinensis publice protestamur in hiis scriptis, Quod magnificus ac Illustris princeps ac dominus, dominus Ludouicus, marchio brandenburgensis, ob deuotionem, quam ad nostram gerit ecclesiam, respiciens eam redditibus et prouentibus egentem, incendiis et rapinis vastatam, tamquam spes desolatorum et pater orphanorum, ecclesias ciuitatum lippene, vredeberg et woldenberg ac ville warniz cum juribus patronatus ecclesiarum earundem, cum omnibus pertinentiis, utilitate et usufructu, nec non cum libera proprietate nostre dedit et libertauit ecclesie augmentans prouentus ipsius, ut in ea crebro die noctuque cultus diuinus augeatur. Proinde eundem dominum nostrum Ludouicum, marchionem brandenburgensem, ac inclitam principem ac dominam, dominam margaretham, ejus conthoralem, et eorum progenitores omnium bonorum spiritualium in hiis scriptis facimus participes, que in nostra fient ecclesia perpetuis temporibus domino disponente. Statuentes vt ipsorum et suorum progenitorum felix memoria in nostra ecclesia perhenniter habeatur. Damus insuper ex decreto nostri capituli predicto domino Ludouico marchioni suisque heredibus legitimis et successoribus marchionibus brandenburgensibus omnem electionem nostram, qua canonicos recipere consueuimus secundum consuetudinem nostre et aliarum ecclesiarum, ita videlicet vt cum hii, qui per nos nunc sunt recepti, prebendas habentes pueriles secundum ordinem et gradum suum majores adepti fuerint prebendas, extunc quotiens et quando prebende in nostra vacauerint ecclesia, quascunque personas ydoneas et dignas idem dominus noster Ludouicus aut sui successores capitulo nostro presentauerint, a nobis et nostris successoribus sine aliqua contradictione in Canonicos et confratres recipiantur ac ipsis ipsius ecclesie prebende, que vacauerint, assignentur. Nolumus etiam nec debemus post tem-

pus predictum aliquas perſonas ad prelaturas et dignitates aut perſonatus eligere, niſi de conſenſu et voluntate ſepedicti domini noſtri marchionis et ſuorum ſucceſſorum. Adjicimus etiam ſi idem dominus noſter marchio, heredes vel ſucceſſores ipſius, vellent vnam vel duas perſonas nobis preſentatas in ipſorum curiis vel obſequiis tenere, eidem vel eisdem, dummodo vicarios ydoneos ſtatuerint, ipſarum prebendarum obuentiones debebimus aſſignare et volumus preſentare. In quorum euidentiam et perhennem memoriam preſens ſcriptum dedimus ſigillo noſtri capituli roboratum. Actum et datum kunigesberg, anno domini M°. CCC°. XXXV^to., in die beati Johannis baptiſte.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staats-Archives (I. Cod. 4 in qu.) und Dickmann's Sammlung fol. 295.

XIV. Markgraf Ludwig überläßt dem Stifte Soldin das Patronat über die Kirchen zu Lippehne, Friedeberg, Woldenberg und Warnitz für das Recht, die Mitglieder des Domſtifts zu präſentiren, am 1. Juli 1335.

In nomine domini amen. Cum humane preſentis conditionis ſexus contractus, actuum et cauſarum negotia lapſu vetuſtatis et obliuionis rubigine deperire conſweuerint, ſi certis munimentorum indiciis non fuerint communita, neceſſarium fore credimus, vt actus vniuerſos et ſpecialiter, quos ſanctam tangit eccleſiam, preſens etas ſcripturarum perhennet teſtimonio, vt ipſos ſucceſſiua poſteritas inueniat perhennatos. Sane nos Ludouicus, dei gratia Marchio Brandenburgenſis etc., pio deuocionis zelo moti, quem honorabilibus viris Prepoſito, Decano et capitulo eccleſie Soldinenſis hactenus commendabilium ſuorum meritorum conſideratione geſſimus, attendentesque egeſtatem et inopiam eccleſie predicte et neceſſariorum defectus, quibus ipſos opprimi cognouimus, quibusque, ob diuine remunerationis reſpectum, animarumque progenitorum predeceſſorum et anime noſtre, heredum et ſucceſſorum noſtrorum ſalutem perpetuam, pro quibus altiſſimum inuocare ſedulo tenebuntur, mederi ſalubiter volumus et nitimur mero niſu, ipſis prepoſito Decano et capitulo prenotatis tam preſentibus quam futuris ob ſubleuamen egeſtatis et defectuum premiſſorum dicte eccleſie incumbentium, ob honorem et laudem omnipotentis dei, glorioſe virginis Marie matris eius, ex maturo noſtri conſilii conſilio, damus appropriamusque per preſentes iura patronatus eccleſiarum parochialium ciuitatum Lippen, Vredeberg et Woldinberg ac ville Warnitz cum vniuerſis dictarum eccleſiarum pertinentiis eisdem rite pertinentibus ex conſuetudine vel ex jure, ſine impedimento quolibet, perpetue quiete et pacifice poſſidenda. Tali tamen conditione interpoſita vel incluſa, quod nos heredes aut ſucceſſores noſtri legitimi, ſine ipſorum contradictione et qualibet alia, debemus et debebunt ſingulas dicte eccleſie prebendas conferre et ad ipſius eccleſie prelaturas ſiue dignitates, ipſorum tamen canonicorum habito ſuper eo conſenſu, perſonas competentes et ydoneas preſentare. Quam quidem preſentationem per nos faciendam inſtare volumus, dum quatuor perſone per ipſos nunc actu recepte pueriles prebendas habentes fuerint inmediatius conſequute. Volentes, quod ſi nos heredes aut ſucceſſores noſtri vellemus vel vellent vnam vel duas perſonas nobis vel ipſis competentes, coram nobis vel ipſis noſtris ſucceſſoribus in noſtris vel ipſorum curiis

et obsequiis tenere, quod eidem vel eisdem personis, dummodo tamen vicarios secundum ipsius ecclesie consuetudinem statuerint, prebendarum ipsarum obuentiones per capitulum predictum ministrentur. Renunciamus igitur pro nobis heredibus et successoribus nostris omni suffragio iuris, facti, statuti vel consuetudinis, quod nobis ex nunc in dictis ecclesiis competit, aut in eisdem in futurum posset competere, si premisse conditiones fuerint obseruate. In quorum omnium euidentiam et testimonium presentes conscribi sigillique nostri appensi munimine jussimus communiri. Testes hujus scripti sunt strenui milites Diepoldus Guzze, Altmannus de Degenberg, Johannes de Buch, Ludouicus senior de Wedel, Albertus Gemminger, Henningus de Jagow, Henricus de Krocheren, Albertus de Wolfstein, famulus, honorabiles viri dominus Gerwinus, Prepositus Bernowensis, Hermannus de Lucho cum aliis fide dignis. Datum Berlin, anno domini M. CCC. tricesimo quinto, Sabbato post festum Petri et Pauli apostolorum.

Aus demselben Copialbuche und Dickmann's Sammlung fol. 96.

XV. Markgraf Ludwig belehnt einen Bürger Soldin's mit Hebungen aus der Münze zu Königsberg, am 5. September 1335.

Anno M. CCC. XXXV. feria III^a^ infra octauam natiuitatis beate virginis Contulimus Walthero Verwer, ciui in Soldin, septem librarum redditus in moneta kunigsperg eo jure et modo, sicut ipsos Henningus de wenningen habuit et possedit, iure nostro tamen saluo, quiete et pacifice possidendos.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staats-Archives (I. C. 4 in quarto.)

XVI. Markgraf Ludwig vereignet zu einem von dem Schulzen der Stadt Soldin in der hiesigen Pfarrkirche gestifteten Altare verschiedene Hebungen, am 18. November 1336.

In nomine domini amen. Erroris mater obliuio nocumenta rebus et causis inducere consweuit, nisi sibi testium vel scripturarum patrocinio salubrius obuietur. Hinc est, quod nos Ludowicus, dei gratia etc. volentes magnificorum principum bone recordationis Marchionum Brandenburgensium predecessorum nostrorum, nostri, heredum ac successorum nostrorum saluti animarum diligentius prouidere, altari in honore sancti Jacobi apostoli dedicato, in ecclesia parochiali ciuitatis nostre Soldin sito, per discretum virum Meynonem, eiusdem ciuitatis nostre scultetum nobis dilectum, dotato siue fundato, appropriauimus et presentibus appropriare decreuimus IIII frusta reddituum preter V solidos denariorum Brandenburgensium in censu mansorum, vulgari nomine Huuenzins

nominatorum, ville dicte Sunnenburg, prope eandem ciuitatem noſtram ſite, que ad nos rite per deceſſum Henningi Garchow, fidelis noſtri dilecti bone recordationis, ſunt deuoluta cum tribus fruſtis et medio et duobus ſolidis denariorum Brandenburgenſium in pactu in villa Karzick ſitis, cum omni iure, honore, commodo, libertate et gracia, quibus premiſſos redditus Hermannus Holtzbotel, fidelis noſter dilectus, tenuit et poſſedit, perpetuis temporibus altari prenotato ſine inquietatione qualibet pertinendos. In cuius etc. Teſtes nobilis vir Io. de Buch, L. de Wedel, Haſſo ſenior de Wedel et Tyde Brederlo cum ceteris. Datum Berlin, anno domini M. CCC. XXXVI., in octaua beati Martini Epiſcopi.

In einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto) und in Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 212 mit dem Datum octaua beati Marci. In dem Breslauer Exemplar ſteht jedoch das Datum wie oben.

XVII. Markgraf Ludwig vereignet dem Dom zu Soldin acht Hufen im Felde des Städtchens Neuenburg, am 8. September 1337.

Nouerint etc. Quod nos Ludouicus etc. ob perpetuam rei memoriam, predeceſſorum, noſtri, heredum et ſucceſſorum noſtrorum, Marchionum Brandenburgenſium bone recordationis, et etiam ob id, quod habundancius, habitis ipſorum victualium neceſſariis, eo frequencius et effectuoſius ſummo valeant obſequi creatori, honorabilibus et diſcretis viris decano, prepoſito, cappitulo ſiue collegio ſancte Marie, inter muros ciuitatis noſtre Soldin ſito, appropriauimus et ex mera mentis noſtre beniuolentia preſentibus appropriamus octo manſos, inter campos et terminos opidi dicti Nuwenburg ſitos, quatuorque ſolidos annuorum reddituum, in cenſu arearum in ipſo opido ſituatorum, ſine impeticione qualibet quiete et pacifice perpetue poſſidendos, quos ex noſtro bono conſenſu a dilecto noſtro camerario Henrico, dicto Vrſel, debito pretio emerunt et comparauerunt pecunia numerata, eximentes ipſos manſos predictos cum vniverſis ipſorum pertinentiis eisdem ex debito vel ex iure pertinentibus ab omni ſeruicio ſeruituteque reali vel perſonali, a uecturis ſiue curruum ductionibus, a precariis et ceteris dationibus quibuscunque, ſic quod ipſos ab huiusmodi premiſſis ſeruitutibus ſupportatos denuo debeant perpetue poſſidere. In cuius etc. Teſtes dominus Io. Buch, c. n. d., Ludeko de Wedel, Haſſo de Wedel, Tydekinus de Brederlo cum ceteris. Datum Berlin, anno domini M. CCC. XXXVII., in feria natiuitatis Marie virginis glorioſe.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

XVIII. Markgraf Ludwig vereignet dem Domstifte zu Soldin mehrere Hebungen, am 28. Januar 1340.

Ludowicus etc. Singulis et uniuersis etc. salutem et noticiam subscriptorum. Salutare remedium magnificorum principum bone recordationis Marchionum Brandenburgensium, predecessorum nostrorum, nostrum, heredum et successorum nostrorum intima deuotione pensantes, honorabilibus et discretis viris Preposito, Decano et Capitulo ciuitatis nostre Soldin ob id, vt cultus diuinus, cuius aucmento semper intendere nitimur, vberius augeatur, appropriauimus, donauimus, appropriamus presentibus et donamus VIII talenta annuorum reddituum, in moneta ciuitatis nostre Kungesberg sita, que Valko, quondam monetarius in Soldin, habuit et possedit, septemque mansos in campis opidi Nyenburg sitos, quorum II Arnoldus de Liuental et V Bruno et Henningus de Bune, tresque choros siliginis annue deriuacionis in molendino Lieuenueld, prout Hermannus, Ludolfus de Mellintin, Henricus et Betkinus de Pyritz tenuerunt et possiderunt, quiete et pacifice sine inpedimento quolibet sub modis, iuribus, condicionibus et graciis, sicuti prenominati predictos redditus et bona tenuerunt et possiderunt, omnimode possidenda, Tali cum conditione interposita vel adiecta, quod vicarii siue persone officiantes quecunque, quibus dictorum reddituum, obuencionum et derivationum suffragium in aliquo suffragabitur, singulis horis, canonicis, diurnis pariterque nocturnis, secundum statutum et consuetudinem solitam collegii prenominati intersint, obmissione qualibet postergata. In cujus etc. Testes Guntherus comes de Swartzburg, Io. Buch, Heylo, Marschalcus, Bombrecht, pincerna, Hasso de Wedel, Ty. de Brederlo cum ceteris. Datum Berlin, anno domini M. CCC. XL., feria sexta post conuersionem sancti Pauli.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in qu.).

XIX. Markgraf Ludwig verleiht die Hälfte des Schulzenamtes in Soldin an Bürger daselbst, am 9. September 1341.

Nouerint etc. Quod nos etc. Contulimus etc. discretis viris hen. meynen et hen. et henzen, dictis Junghen, ciuibus in Soldin, fidelibus nostris dilectis, suisque veris et legitimis heredibus medietatem officii prefecture siue scultetatus ciuitatis predicte, quod officium predictus hen. meyne ab eodem hen. dicto Junghen sua parata comparauit pecunia cum singulis etc. sub modis, formis, condicionibus, honoribus et graciis, quibus prenotatus hen. Junghe id ipsum officium a nobis tenuit et possedit, sine inquietatione qualibet nostri, heredum et successorum nostrorum perpetuis temporibus quiete et pacifice possidendam. In cuius etc. Testes Wolfftain, pincerna, Hasso de wedel, milites, Hasso senior de wedel, Wedeko de wedel cum ceteris. Datum vt supra (Soldin, Anno M. CCC. XLI.), in crastino natiuitatis beate marie virginis.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

XX. Markgraf Ludwig vereignet dem Domstift zu Soldin das Dorf Branden, am 1. November 1341.

Lvdowicus etc. Honorabilibus viris et discretis preposito, decano et capitulo collegii ciuitatis Soldin, deuotis sibi dilectis, gratiam suam. Pya consideratione pensantes continuate per vos, provt oculariter cognouimus, diuini cultus obsequia ob fidelium saluationem altissimo prestita creatori et etiam in posterum facienda, vobis collegioque vestro, ob id, ut illustrium principum marchionum Brandenburgensium, predecessorum nostrorum bone recordationis, nostri, heredum et successorum nostrorum memoria perhennis per vos eo salubrius habeatur villam dictam Branden cum singulis suis pertinentibus qualitercunque nominatis, iuribus, consuetudinibus, libertatibus, graciis, commodis, honoribus et vtilitatibus quibuscunque eidem ex debito vel ex iure quomodolibet competentibus ex liberalitate et gracie nostre singularis sub modis, formis et condicionibus, sicut dictam villam strenuus miles Betekinus de ost, dilectus noster fidelis, possedit et habuit, appropriauimus et appropriare decreuimus presentium testimonio literarum. Nolentes contra premissam nostram appropriationem, provt per nos facta est, per heredes vel successores nostros, quod sibi preiudicare valeat attemptari. In cuius etc. Testes Swarzburg, Rischach, Hele, Wolfstein, Husener, Bonbrecht. Datum vt supra, in die omnium sanctorum (M. CCC. XLI.).

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

XXI. Markgraf Ludwig vereignet der Stadt Soldin einige Einkünfte aus dem Hufenzinse, am 25. Januar 1344.

Nouerint etc. Quod nos Ludouicus etc. Consideratis defectibus multiplicibus consulum et vniuersitatis ciuitatis nostre Soldin eidem, ut defectus prenotati per nos quodammodo releuentur, XXVII frusta annuorum reddituum, sita in censu mansorum dicte ciuitati pertinentium, que nobis hactenus pertinebant, decreuimus per presentes cum omni iure, gratia, commodo et honore perpetuis temporibus possidenda. Renunciantes omni iuri etc. Pro qua quidem appropriatione ipsis facta memorate ciuitatis consules in nonaginta et quatuor Marcis argenti Brandenburgensis cum dimidia nobis satisfecerunt integraliter et complete. In cuius etc. Testes, datum, anno, loco, die vt supra (Datum Kiricz, Anno M°. CCC°. XLIIII°., die conuersionis s. Pauli).

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto) und Dickmann fol. 323.

XXII. Das Kapitel zu Soldin verzichtet zu Gunsten der Stadt auf das Patronat über zwei Altäre, am 20. Februar 1346.

Nos Rudolphus, prepositus, Totumque Capitulum Ecclesie Soldinensis Recognoscimus publice per presentes, Quod Consules Ciuitatis Soldin octo Talenta brand., in nostro priuilegio nobis per principem dominum Ludowicum Marchionem dato, contenta et nostro capitulo ascripta, appropriata duobus altaribus, scilicet sancti Remigii et altari exulum, in sua possessione pacifica habuerunt et adhuc habent, necnon ad dicta altaria personas presentarunt. Nos vero ipsos Consules in dictis octo talentis atque in presentacione personarum, dummodo presentauerint ydoneas personas, nostro Capitulo competentes, qui diuinis officiis velint, possint et debeant sicut ecclesie nostre vicarii interesse, ob dictam literam domini Ludouici Marchionis in nullo uolumus derogare atque ipsos Consules impedire. In cuius rei testimonium Sigillum nostri Capituli sub anno domini M° CCC° XLVI°, feria secunda proxima post dominicam, qua cantatur exurge, presentibus est appensum. Testes sunt Rudolphus, prepositus, albertus Rostim, Hinricus de Rempenhagen, Johannes de etc. (Uebrige Zeugen unleserlich.)

Nach dem sehr verblichenen Originale des Soldiner Stadtarchives.

XXIII. Markgraf Ludwig genehmigt den Umtausch von Canonicaten zu Soldin mit Altären an andern Orten, am 23. August 1347.

Reuerendo etc. Permutacionem inter Joannem de Jagow, canonicum Soldinensem, de prebenda sua in Soldin, cum wilhelmo Brun pro altaribus suis in Bernsteyn et pozewalg, postquam permutacio inter dominum wilhelmum et lampertum de wedel de altaribus eorum in Soldin et pozewalg, de consilio et assensu Hassonis senioris concepta, coram nobis per graciam vestram impleta fuerit, annuimus pure et consentimus per presentes, petentes, vt resignacionem dictorum beneficiorum prebende in Soldin et altarium in pozewalg, coram nobis factam, personas transponere dignemini antedictas, reuerenciam vestram sincerius requirentes, vt ad nullius occupantis instanciam dictam personarum transpocicionem insumatis aliqualiter inpediri. In cuius — datum Anno ut supra (Anno XLVII), feria ante bartolomei.

Ludovicus etc. honorabilibus viris decano, prepósito et capitulo ecclesie collegiate in Soldin, deuotis sibi dilectis, graciam suam et omne bonum. Coram uobis et vniuersis presentes inspecturis publice profitemur, quod ad permutacionis contractum per honestos viros dominum Ludowicum de wedel, canonicum vestrum, et dominum Joannem, plebanum in koningesberg, habitum uel habendum super ipsorum beneficiis, nostrum consensum adhibuimus et presentibus adhibemus, vos sincerius exhortantes, ut dictam permutacionem per recepcionem dicti domini Joannis et eius admissionem approbetis. sic quod eidem domino Joanni suam prebendam, quam dictus

Ludowicus habuit, ſine contradiccione qualibet aſſignetis, facientesque ſibi de ipſius obuencionibus ſingulis plenarie reſponderi. In cuius — Datum Berlin, Anno ut ſupra.

Nach einem alten Copialbuche aus der Abſchrift des Freiherrn v. Hackwitz.

XXIV. Markgraf Ludwig vereignet auf Antrag des Haſſo von Wedel zu Schiefelbein dem Domſtifte zu Soldin Hebungen aus dem Hufenzinſe zu Lippehne, am 29. Mai 1348.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. ob honorem et reverenciam omnipotentis dei, glorioſe virginis Marie ac omnium ſanctorum, in predeceſſorum noſtrorum pie memorie, noſtre, heredum et ſucceſſorum noſtrorum Marchionum Brandenburgenſium remedium animarum, ob inſtantem requiſicionem dilecti noſtri militis Haſſonis ſenioris de Wedel, habitantis in Schivelbein, appropriamus, damus preſentibus et donamus duo talenta denariorum vinconenſium et redditüum annuorum, ſita in cenſu manſorum civitatis noſtre Lippene, canonicis eccleſie Soldinenſis, Sic quod ad honorabiles viros decanum et capitulum ibidem preſentes et futuros pacifice debeant pertinere temporum curſibus ſempiternis. In cujus etc. Teſtes Lochen, Bombrecht, Wolff, Hen. de Blanckenburg, Buſſo Zelhut. Datum Turgow, Anno MCCCXLVIII, in die aſcenſionis domini.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives fol. 136.

XXV. Markgraf Ludwig und Herzog Ludwig der Römer verſöhnen ſich mit der Stadt Soldin, am 31. Juli 1349.

Wy Lodewych, van der ghenaden godes Markgreue tu brandenborch vnd tu Luſitz, Palantzgreue des rynes, hertoge tu beyeren vnd tu kernten vnd des hylighen rykes hogeſte kamerer, vnde wy lodewych romer, des ſelues bruder, van der ghenaten godes hertoge tu beyeren, bekennen openbar yn deſſen bryue vnd bygern bekant tu weſen allen luden, dy nu ſynt vnd dy na tu komen, dy deſſen bryf ſyen oder horen, dat wy alle vnwerdycheyt, Torn vnd vnwille, dy wy hebben ghehat tyegen dy ſtat tu ſoldyn vnd tyegen dy borghere ghemenlyk oder ſunderlyk, dy dar yn wonen, vmme dy vorſumenyſſe vnd dy errunghe, dy weder vns yn dy mark gheſcyn ſyn vnd wat ſy tyegen vns yn der errunghe ghedan hebben, vorgeuen vnd deger los laten, alſo dat wy oder vnſe erſnamen darvmme nycht dun ſcolen oder laten dun oder ymant laten dun tyegen dy ſtat vnd dy borgere, Sunder wy ſcolen dat vt vnſer dechtenyſſe laten ewyclike vnd ſcolen em dat nycht vorwyten oder laten vntgelden. Weret ok, dat ennyghe

lude yn welker acht ſy weren, geyſtlyk oder wertlyk, dy ſunderlyke yn der errunghe vordacht weren oder ſynt, dy ſcolen alle yn vnſer ghenade vnd berychtenyſſe ſyn vnd beſchermenyſſe weſen, alſo wy vor gheſproken hebben. Vortmeyr wy louen den ſeluen vnſen borgern, dat wy dy ſtat tu ſoldyn nummer vorbuwen willen noch laten vorbuwen met enygherley veſte oder ſy dar an ennygerley weys beſweren. Vortmeyr hebbe wy den vorbenumeden borgern vnd der ſtat genadichliken vorgeuen, wat ſy an vnſe rydderſcap vnd man ghebroken vnd ghedan hebben, dat ſy an vorſtorunghe der hus, der berchvreden oder der veſte oder wat ſy anders weder em ghedan hebben, dat ſal deger vruntlich berycht ſyn tüſchen vns vnd en, alſo dat noch wy noch vnſe man en nycht ſolen dar vmme tu ſpreken, noch vmmer orer erchliken gedenken. Vortmeyr ane ore hantueſte vnd rechticheyt, dy ſy van genaden der olden vorſten vnd vnſer hebben vnd bewyſen moghen, dar wyle wy ſy by beholden vnd nycht daran laten hynderen oder laten erren, ſunder wy wyllen ſy beſchermen vnd by rechte beholden gelyk vnſen anderen ſteden. Vortmeyr wat dy ſeluen vnſe borgern tu ſoldyn bynnen der tyt der errunghe van gelde, van haueren oder van allerley korn vp gheboret hebben oder yn dy ſtat komen ys vnd dar vordan ys welkerley wys, vnde ſunderlyk wat ſy vp gheboret hebben van bede geldes oder kornes van Werbelyz vnd Trymendorp vnd van den joden yn der ſtat, dat ſy vnſe oder vnſer manne geweſen, dat ſcal los ſyn, vnd louen em yn deſſen bryue, dat ſy van vns noch van vnſen anbachtluden noch van vnſen mannen noch van ymant ſcolen dar vmme ghemanet werden oder ycht dar vmme lyden. Vortmeyr wy louen den vorbenumeden borgern tu ſoldyn, dat wy ſy nemen wollen ſchadelos van aller manunghe, dy her dyderyk van brederlo, vnſe rydder, tyeghen ſy heſt, dat ſy van hauere oder van korne anderley oder van holte, alſo dat ſy dar nycht vmme lyden ſcholen, noch van em noch van ſynen vrunden darvmme ghemanet ſcolen werden. Vortmeyr wy louen, dat wy nycht wyllen tu vns tyn vthemyſche vromede lude, dy vnſe vorbenumede borgher beſweren muchten. Wy en wyllen em ok nycht ſetten voghede noch anbachtlude, dat en ſy met ghemeynen rade vnd volbort vnſer man vnd vnſer ſtede. Yn der betughenyſſe deſſer dynk hebbe wy deſſen bryf laten beſegelen myt vnſen yngeſeghelen. Dy tuch ſyn deſſe eraftyghe lude olde haſſo van wedel vnd iunghe haſſe van valkenborch, rydder, vnd henningh van wedel vnd henningh vchtenhagen, hans van der crone, Otto morner, knapen. Gygheuen na der bort vnſes heren duſent Jar dryhundyrt Jar yn den neghen vnd virtychſten Jare, des vrydages ante vincula Petri, in ciuitate Konnigeſberch.

Nach dem Originale des Soldiner Stadtarchives.

XXVI. Markgraf Ludwig genehmigt die Stiftung des Marienaltars in der Kirche zu Soldin, am 29. November 1349.

Nos Ludovicus etc., quod diſcretus vir Johannes de Vredeberge, Canonicus, theſaurarius eccleſie Soldinenſis, Spiritu ex alto inflammatus, pro ſalutari remedio animarum ſue, progenitorum et omnium benefactorum ſuorum et fidelium, quoddam altare, ſitum in eccleſia Sol-

dinenſi, in honorem omnipotentis dei et ſue genitricis Marie ſancteque Marie Magdalene et omnium ſanctorum fundauit, Ipſumque octo talentis denariorum novorum brandenburgenſium vel XXIIII talentis levium, uno talento brandenburgenſi pro tribus levibus computando, ſitis in cenſu manſorum civitatis noſtre Lippene, perpetuo dono donauit. Nos Dei operis tam pii cupientes fieri non expertes, ipſam donacionem ob jugem et perhennem animarum predeceſſorum noſtrorum marchionum brandenburgenſium felicis recordacionis, noſtrum, heredum ac ſucceſſorum noſtrorum memoriam approbantes, approbatam ratificantes, in Chriſti nomine confirmantes, in ſeculorum ſecula valituram, dedimus et donamus donacione ſolempni proprietatem plenam ac libertatem omnimodam ſuper VIII talentis predictis, Ipſa VIII talenta predicta capitulo et eccleſie Soldinenſi ad uſum dicti altaris appropriantes, ita quod nullam exaccionem, nullum ſervicium reale vel perſonale, nullum penitus, onus vel jus in dictis VIII talentis brandenburgenſibus nobis vel ſucceſſoribus noſtris reſervamus, Volentes dicta VIII talenta brandenb. denar. adeo libera et exempta permanere, quod in eisdem ſecularis poteſtas nil juris vel uſus ſibi debeat vendicare. In cujus etc. teſtes Swartzburgh, Lochen, Henricus et Haſſo de Wedel junior, Hen. de Vchtenhaghen, Bomprecht cum ceteris. Datum Konnigesberg, Anno MCCCXLIX, dominica ante Andree.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 263 und dem v. Hackwitz'ſchen Copialbuch.

XXVII. Markgraf Ludwig gewährt der Stadt Soldin wegen erlittener Kriegsſchäden einen Nachlaß an ihren Abgaben, am 4. Dezember 1349.

Nouerint etc. quod nos etc. ad releuandam penuriam ſeu egeſtatem diſcretorum virorum conſulum ciuitatis Soldin, fidelium noſtrorum, qua ipſos diſturbii duracione per totam marchiam ſuborti, grauiter propter conſeruacionem perplexos ſore nouimus ipſis preſentibus et futuris ſeu ciuitati premiſſe in quinque marcas argenti Brandenb. penſionis ſue annue condeſcendimus et condeſcendere decreuimus, ſic quod eos a premiſſarum quinque marcarum argenti dacione duobus terminis anni, nobis hactenus debitarum, deinceps perpetuis temporibus ſolutos habere volumus preſentibus, ſine noſtri, heredum ac ſucceſſorum noſtrorum qualibet . . . . . omnimodo ſupportatos. In cuius etc. Teſtes Hen. de Wedel, Bombrecht, milites, Jo. de Wedel, G. Wulff cum ceteris. Datum in Soldin, Anno M° CCC° XLIX°, feria ſexta die Barbare.

Aus dem v. Hackwitz'ſchen Copialbuche.

XXVIII. Markgraf Ludwig gewährt denen von Kerkow Ersatz für erlittene Kriegsschäden, am 4. Dezember 1349.

Eodem anno, die et loco Dominus locat Ebellino de kerkow pro dampnis suis et seruiciis pactum XVII mansorum in villa Golnitz tam diu tenendum et habendum, quousque Dominus se cum eodem et heredibus suis ad iustam racionem composuerit et conformabit. In cuius etc. Testes Swartzeburg, Lochen, Bombrecht, Hen. de Vchtenhagen etc.

Item dominus contulit dicto Eluerick de kerkow racione dampnorum perceptorum in seruicio domini ad XXX marcas argenti precariam et seruicium curruum villarum Newgardhen, Petzenick, ad septem frusta se extendentem annuorum reddituum. Eciam dominus poterit redimere quodlibet frustum pro IIII marcis. Actum Soldin, Anno ut supra.

Aus dem v. Hackwitz'schen Copialbuche.

XXIX. Markgraf Ludwig gestattet seinem Hofrichter Gercken Wolf, dem Domstifte zu Soldin eine Hebung zu vereignen, am 14. Dezember 1349.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. honorabilibus viris, dominis decano, prepolito et capitulo ecclefie collegiate in Soldin, diocefios Caminenfis, ad inftantem peticionem fidelis noftri dilecti Gerkini Wulff, curie noftre judicis, permifimus et permittimus per prefentes appropriare et donare feu dare juflo proprietatis titulo IIII frufta redditiuum annuorum, ad dictum capitulum perpetuis temporibus percipienda, que ex nunc ut ex tunc ipfi capitulo prefentibus damus, donamus et appropriamus, ubicunque eadem IIII frufta predictum capitulum in noftro principatu Marchie duxerit comparanda etc. In cujus etc. Teftes Swartzburg, Lochen, pincerna, Gerkinus Wulff, Henricus Senior, Hafso junior, Henricus de Vchtenhagen cum ceteris. Datum Berholt in campis, Anno MCCCXLIX, in craftino fancte Lucie.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 126 und dem v. Hackwitz'schen Copialbuche.

NB. Der Ausstellungsort ist wohl Bergholz bei Löcknitz.

XXX. Markgraf Ludwig vereignet zur Stiftung eines Johannisaltares in der Collegiatkirche zu Soldin gewiſſe Hebungen, am 16. Dezember 1349.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. ob honorem et reverenciam omnipotentis dei, glorioſe ſue genitricis virginis Marie et omnium ſanctorum, in noſtre, heredum et ſucceſſorum noſtrorum animarum memoriam ſempiternam, ad inſtantem requiſicionem fidelis noſtri dilecti protonotarii, domini T. Morner, damus et donamus per preſentes VIIII fruſta reddituum annuorum ad altare dedicandum, fundandum, locandum in eccleſia collegiata ſancti Johannis evangeliſte in Soldin Caminenſis dioceſis, ubi perhennis debebit haberi memoria anime domini Th. Preſsel, quondam ibidem decani, ubicunque eadem VIIII fruſta duxerit comparanda, ſic quod memorati redditus, quibus ſolempniter pro nobis et heredibus noſtris preſentibus Renunciamus, ad idem altare pacifice et quiete debeant juſto proprietatis titulo perpetuis temporibus pertinere. In cujus etc. Teſtes Swartzburch, Lochen, Haſſo junior de Wedel, Henricus de Vchtenhagen, pincerna, milites, Gher. Wolff et Johannes de Wedel cum ceteris. Datum Stetin, Anno MCCCXL, feria quarta poſt Lucie.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 167. In dem alten von dem Herrn v. Hackwitz benutzten Copialbuche ſtand dieſe Urkunde zwiſchen den Documenten von 1349 und 1350. Der Markgraf befand ſich auch um dieſe Zeit in Stettin, während er 1340 um dieſe Zeit zu Spandow ſich aufhielt. Die Urkunde dürfte daher ohne Zweifel dem Jahre 1349 angehören.

XXXI. Markgraf Ludwig vereignet dem Stifte Soldin auf Antrag ſeines Hofrichters Gercke Wolf die Gobbinſche Mühle, am 16. März 1350.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. contulimus honeſte, ob deuocionis affectum pie, quem ad honorabiles viros prepoſitum, decanum et capitulum eccleſie Soldinenſis gerimus, ipſis divine remuneracionis intuitu in animarum progenitorum noſtrorum, Marchionum Brandenburgenſium, predeceſſorum noſtrorum divine recordacionis, noſtre, heredum et ſucceſſorum noſtrorum memoriam ſempiternam damus et ſolempni donacione donamus per preſentes literas, ad inſtantem requiſitionem fidelis noſtri dilecti Gerkini Wulff, curie noſtre judicis, molendinum ſitum in merica prope Gobbin, quondam dictum des Marggrafen Mole citra Gobbin, molen per curſum aque dicta molendina ducentis ſic, quod predictum molendinum cum VIII fruſtis reddituum annuorum de ipſo derivandorum cum omni jure et ſerviciis univerſis debebunt ad ſupra dictos — perpetuo proprietatis titulo pertinere. Renunctiantes generaliter pro nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris omni ſuffragio juris ſcripti et conſuetudinis vel ſtatuti, quod nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris ex nunc in dicto molendino competit aut in eodem in futurum poſſit competere quouismodo. In cujus etc. Teſtes Huſener, Bombrecht, Beringerus de Hele, Hermannus Wolkow et Morner, prothonotarius. Datum Franckenford, Anno MCCCL, feria tertia ante diem palmarum.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 239 u. der Bresl. Univerſitäts-Bibliothek.

XXXII. Die Markgrafen Ludwig der Aeltere und Ludwig der Römer überlaſſen das Patronat über die Pfarrkirche zu Mohrin dem Stifte Soldin zur Vereinigung dieſer Pfarre mit der Dechanei des Stiftes, am 31. März 1350.

In nomine domini amen. Nos Ludovicus et Ludovicus etc. Recognoſcimus, cum ad augmentum divini cultus tanto amplius obnixii teneamur, quanto frequencius et devocius in locis piis, quibus beneficia noſtra conferimus, divina officia celebrentur; hinc eſt, quod ad laudem et honorem omnipotentis dei et beatorum apoſtolorum petri et pauli, in ſalutare remedium animarum progenitorum noſtrorum noſtrarumque animarum, heredum et ſucceſſorum noſtrorum, jus patronatus eccleſie parochialis in Morin, Caminenſis dioceſeos, et omnes fructus et redditus dicte eccleſie et ipſam eccleſiam cum omnibus ſuis pertinenciis ad jus et proprietatem eccleſie noſtre collegiate in Soldin transferre duximus et perpetuo transferimus per preſentes, appropriacionis titulo eandem donantes eccleſie noſtre ſupradicte, ſic quod ordinaria auctoritate venerabilis in chriſto pater et avunculus noſter cariſſimus, dominus Johannes, Caminenſis eccleſie epiſcopus, eandem eccleſiam parochialem unire valeat et poſſit decanatui Soldinenſi, incorporare eidem omnibus formis et clauſulis, quibus melius et efficatius canonice valeat atque poſſit et quod in antea temporibus perpetuis decanatus ipſe cum dicta eccleſia beneficium unicum penſetur, ut quemcunque dignum et idoneum ad decanatum predictum, cum ſe facultas obtulerit, venerabili patri domino Johanni, epiſcopo caminenſi, ac epiſcopo, qui pro tempore fuerit, nos vel noſtri heredes aut ſucceſſores cum conſilio capituli eccleſie Soldinenſis preſentaverimus et a dicto epiſcopo fuerit confirmatus canonice, pro Rectore dicte eccleſie parochialis in Morin habeatur per ſe vel per alium ydoneum, prout ſibi ſecundum deum videbitur expedire, eandem eccleſiam tamquam rector ipſius verus regendo juraque ibi parochialia canonice exercendo. In cujus etc. teſtes Bombrecht, Dippoldus Hele, Hager, Langevelder, milites; Gher. Wulff cum ceteris. Datum Franckenfurt, Anno MCCCL°, feria IIII^{a} poſt feſtum paſche.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 126 und der Bresl. Univerſitäts-Bibliothek.

XXXIII. Markgraf Ludwig überläßt dem Stifte zu Soldin die Pfarrkirche zu Schönfließ, am 15. März und 25. April 1350.

Nos Ludovicus — per deuocionis zelum moti, quem ad honorabiles viros prepoſitum, decanum et capitulum eccleſie ſoldinenſis hactenus commendabilium ſuorum meritorum conſideracione geſſimus, attendentes egeſtatem et inopiam, nec non neceſſariorum defectus, quibus ipſos opprimi agnovimus quibusque ob divine remuneracionis reſpectum animarumque progenitorum, predeceſſorum, noſtre, heredum et ſucceſſorum noſtrorum ſalutem perpetuam, pro quibus altiſſimum invocare ſedulo tenebuntur, mederi ſalubriter volumus et nitimur — ipſis prepoſito, decano et capitulo predictis tam preſentibus quam futuris ad ſublevamen egeſtatis et defectuum premiſſorum, eidem

